



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De collationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

Anth. Nicellus in conc. vlt. glo. iuris canonici & civilis vbi dicitur quatuor limitationes. vide glo. in verb. iuret. §. decreuit. de elect. in prag.

Item quando pacta sunt realia, utpote facta sub nomine gentis, tunc etiam transeunt ad successores. l. conuentionum. ff. de pact. Bal. in d. l. digna vox. in fi. nisi dolus interuenerit ex parte vnus, quia gesta dolo, rata pretor non habet. l. i. §. per tot. ff. de dolo.

Item quando fit mentio successorum, tunc sunt in rem scripta. Bal. consil. 159. super eo. col. 2. vol. 3. * Imò dicit las. in l. i. col. per ff. de consti. prin. quod reges & alij, qui per successionem veniunt tenentur seruare contractus, & conuentiones predecessoris, sicut quilibet successor priuati. per text. in l. cum a matre. C. de rei vend. §. c. licet. de vici. refert. Ant. Caput. in decis. Neapol. q. 121.

Priuilegiū
quando nō
posuit reuo-
cari.

Priuilegiū
datum ve-
nicentibus
ad habitan-
dum in ali-
quo loco
non reuo-
catur.

Item priuilegium licet in contractum transierit, tamen potest princeps illud reuocare ex causa publica, & iusta. l. si hominem. ff. mand. Soci. consil. 4. super questione. col. 3. vol. 3. Alex. consil. 16. in causa. col. pe. vol. 5. Aret. in c. nouit. in gl. quicunq. de iud. Quando illa reuocatio fit in præiudicium subditi reuocantis, secus in subdito alterius principis, utpote in Hispano vel Anglo, à quo priuilegium auferri non potest. Alex. consil. vlt. nu. 19. in 4. vol. per c. in nostra. de iur. & ibi Imoce. & alij. las. consil. 227. col. ii. vers. 14. in 2. vol. vt quando concedit exemptionem venientibus de nouo ad habitandum ad aliquem locum. Bar. in l. omnes. ff. de iusti. & iur. Alex. consil. 54. viso puncto, in 4. vol. Barb. in repet. cap. cum. M. col. 26. n. 70. de const. 3. Roma. in repe. l. si vero. §. de viro fallenti. 24. ff. sol. matr. Et quando dicatur iusta causa. las. d. consil. col. 10. vol. i. vide aliam limitationem per Bal. in ca. mo. qui successo. seu. dant. col. 2. Et Bertr. consil. 214. Multe sunt. col. vlt. in 2. vol. secundum nouam impressionem. Lud. de Gozand. consil. 5. an in questione. col. 3. numer. n. & Caput. in decis. 166. in 1. & 2. quest.

De priuilegijs
Peronum.

Item quando priuilegium concessum est ob remunerationem, utpote, quando princeps concessit ob laborum remunerationem, quos pro reipublice utilitate subditi perpessi sunt (vt nuper habitatores Perona, qui ob eorum benemerita exem-

ptionibus tributorum seu talliarum, ac alijs priuilegijs à rege hoc anno 1536. donati sunt in mense Februario. hi enim Saguntinos longo superant intervallo. Illi enim pertinacia quadam in foro igni extracto quicquid erat pretiosarum rerum, in eum coniecerunt, ac demum se, suosq; liberos ne in hostium manus venirent: hi vero eorum prudentia ac providetia seiplos liberosque, ac res suas à faucibus inimicorum eripuerunt. vnde adagio dici potest, Peron. defensio, id est mirabilis, ac prudens. non potest reuocari etiam prætextu ingratitude. l. si pater. §. si ff. de donat. Bal. in l. si commihi. de dolo. Rom. consil. 436. quod indultum. Et derogatio generalis priuilegiorum non tollit hoc priuilegium, vt docet Rom. in repe. si vero. §. de viro fallenti. 24. ff. sol. matr. & Traq. in repe. l. si vnquam. in verbo donatione. numer. 13. C. de donat. Ideo cum hæc concordata ligent tam Papam quam regem, & suos successores, fortius & suos subditos, quod intellige in his quæ fuerunt recepta, & quæ tangunt commodum ecclesie gallicane. gl. in c. i. de treuga.

Et ideo quo ad expressionem veri vultoris non fuerunt per regnicolas recepta licet statutum fuerit in his concord. in rub. de manda. apost. in fi. quod verus valor exprimat, alioqui gratiæ sint ipso iure nullæ, si à summo pontifice emanatæ sint: quia regnicolæ, vt fulgura, constitutiones bur-sales odio prosequuntur, & quantum in se est abiiciunt. Istis ero contentus, recordatus dicti sapientis Catonis. Cum sis mortalialis, quæ sunt mortalia cura, & quia sunt supra caput.

Postremo, vt inter iuris consultos materia collationum est utilis & ardua, teste Paul. in rub. C. de colla. sic apud canonum professores est valde utilis, ideo attingenda iuxta l. leg. iij. ff. de liber. lega. & quia hæc sunt leges regni, ideo scire debent, vt fiantur. Sequitur rubrica.

Rub. de Collationibus. a

DE Collationibus.) Pro cuius elucida-
tionem in primis videndum est, quomodo
quot modis capiatur collatio.
Primò

Primò igitur expediendo materiã rubricã, collatio accipitur secundum quosdam pro diuisione librorum, *vt in lib. aush. col. 1. 2. & seq. Vel, & melius, pro libro. vt colla. 1. id est, lib. 1.*

Secundò, dicitur publici muneris impositio. *l. 1. C. de episc. & cler. & in aurben. de collat. colla. 9. & in rub. de collatio. amator. lib. 10. & ibidem de colla. aris. & lib. 11. de colla. fund. patrimo.*

Tertiò, accipitur pro disputatione quã faciunt inuicem doctores, vel scolastici conferendo de aliqua quæstione. *Dec. & alii in rub. de coll. C.*

Quartò, pro quadam communicatione rei propriè cauti diuidendi pro portionibus hereditariis seu pro committione. *l. il. lam. §. fin. C. de coll. & est in commune latio. dicit gloss. in rub. ff. de coll. homo. & ita accipitur ibidem, & de colla. dotis. & in rub. C. de colla. & ibi passim per iurisconsultos. vnde Iurisconsult. ait, Conuitium dici, vel à concitatione, vel à conuentu, hoc est, à collatione vocum, cum enim in vnum plures voces conferuntur. *l. item apud §. conuitium. ff. de iur. iur.* * Item quandoque collatio dicitur contributio. *l. 1. & l. amisse. ff. ad leg. Rhodian. de iact. vbi in vna. l. dicitur contributio in alia collat.**

Quintò, pro comparatione, *vt in aush. de instrum. cautel. & fide in prin. coll. 6. & ibi gl. in verb. collatio. & si verò etiam in aushen. de his qui ingred. ad app. coll. 5.*

[Sextò, pro collatione vini accipi dicit Salic. in l. si emancipati. col. 1. C. de colla. quod latine dici non potest, sed solet comestatio vocari. *tex. in summa. & in c. comestationes. 44. dist. & Galli idiomate gallico ad hanc, quam vocant collationem, frequenter inuitantur.*

Septimò, pro assignatione beneficii ecclesiastici, quam prælatus facit de aliquo beneficio vacante: & propriè est translatio seu concessio iuris libera. *Pan in c. ex frequentib. col. pen. & c. autoritate. col. 2. de inst. Do. & alii in c. cum in illis. §. 1. de preb. in 6. & ita hic & in iure pontif. communius accipitur. Aliis etiam modis capitur apud Rhetores & Grammaticos, apud quos cernere*

licet. Hic tamen not. quòd text. vult tractare quomodo & quibus conferenda sint beneficia in hoc Franciæ regno. Vt intelligatis, primò de iure dicam breui qualiter conferenda sint beneficia. secundò, à quo. tertio, quibus personis. quarto, intra quod tempus. postea ad leges regni veniam.

Ad primum qualiter conferenda sint beneficia de iure: Respon. purè, palàm, liberè, & sine diminutione. Primò purè debent conferri, videlicet sine pacto, & sine conditione. *c. si. de pact. c. quam pro. 1. q. 2. nam huiusmodi conditiones simoniam inducunt. cap. cum pridem. de pac. siue sint tacitæ, siue expressæ. c. per laicos. 16. quest. 7. & multi sunt collatores tales qui frequenter simoniam commiserunt aliquam saepe adiicendo conditionem in collationibus, & eorum prouisionibus.*

Item non debet interuenire modus, qui æquipollet conditioni. *Cod. de dona. que sub modo. l. 1. & c. verum. de cond. apost. Imo magis obligat modus quàm conditio. nam si is cui sub modo aliquid relinquitur, caueat de implendo modum, statim agere potest. l. si tibi legatum. ff. de leg. 3. l. quibus diebus. §. fin. de condi. & dem. secus in conditione, cuius implementum expectari debet. l. qui heret. §. si. ff. de cond. & dem. l. cum in testamento. de fideic. liber.*

Palàm etiam beneficia conferri debet, alioqui suspecta est collatio. *ca. vno. §. porro. clari facta vt eccl. iust. benefic. facit. l. non existimo. ff. de adm. minist. e. clericus. d. dist. non tamen ob hoc reprobantur collationes, dummodo is cui confertur, capax sit. arg. l. 1. C. de delatorib. lib. 10. Perus. in c. si tibi absenti. de preb. lib. 6. & sic inoleuit consuetudo, vt in cameris suis paucis præsentibus episcopi beneficia conferent. Non admittuntur tamen collationes episcoporum, nec aliorum collatorum sine testib. conscriptæ, senatusconsulto dictante, vt fraudes vitentur. Et fuit præceptum factum omnibus collatoribus ne distribuant collationes sine testibus & secretario, vel duobus notariis. Arrestum huius Senatus, anno 1527. die septima Iunii, aliàs non creditur collationi ordinari in præiudicium alterius, siue iure ordinario.*

Collatio
clari facta
non est tra-
lida sine
testibus.
Arrestum

not. lib. cum infinis simili. Et an concilium generale possit concilia conferre, tradit Panorm. in disputat. incipien. episcopus. in 4. dubio. refert loa. de Selua. in tract. de benef. in 2. parte. qu. 2.

Aliquando à legato de latere. c. 1. de offic. leg. lib. 6. c. dilecto. num. simil. de preb. & ibi dixi hoc anno, interpretando illum ita.

Item quandoque ab episcopo, cap. omnes hostie. c. 16. q. 7. c. 2. de concess. preben. ca. ordinarij de offic. ordin. lib. 6. quandoque ab inferiore, puta abbate vel alio, clem. vna. de supp. negl. prel. Aliquando à capitulo. c. eam te. de refer. c. si capitulo. de concess. preb. lib. 6. c. cum ecclesia. & ibi gloss. de ele. Nulla, inquit, ratio finit, ut inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi. c. 1. vers. nulla. 23. distinct. Aliquando à laico ex privilegio. c. dilectus. 3. de preb. & ibi de que dixi in §. q. principali. vac. nom.

Tertio, quibus conferenda sint beneficia? Resp. idoneis. c. graue. & cap. referente. de preb. in communibus. gl. in §. 1. in verb. idonei. de coll. in prag. Card. in c. ex parte. q. 2. de const. idoneis & honestis, dicit text. in cap. post electionem. de concess. preb.

Idoneitas in tribus consistit. de quibus in eum in cunctis. de elect. in moribus ætate & scientia: & ibi declaratur. & per Anch. in clem. vna. not. 1. de concess. preb. quæ scientia requiratur? Respo. illa, quæ est sufficiens ad regendam, & administrandam ea, quæ sibi incumbunt facienda. & idoneus dicitur, qui dignè valet administrare. ca. 2. de concess. preb. & Deo seruientibus ecclesiæ beneficia negare non conuenit. c. Christianis. 1. q. 1. quamuis hodie adulatoris & proditores omnibus præferantur. vide que scripsi in glo. idoneis. §. presatij. ordinarij. infra eo.

Quarto & vltimo, quæro intra quod tempus conferri debeant beneficia? Resp. de Papatu, est text. in c. vbi periculum. de elect. & clem. ne Romani. illo ritu. vbi cardinales post obitum Romani. Pontificis. decem dies expectare debent alios cardinales, & postea, quàm citius poterunt eligere.

Item beneficia vacantia in curia, non possunt conferri per ordinarium vel aliū ante mensem, post sic per sex menses. ca. 2. & 3. de preben. lib. 6. nisi apostolica sede va-

cante. cap. si apostolica. illo ritu.

Dignitates episcopatus, & aliæ, siue cathedrales, seculares sint, siue regulares, in quibus ecclesia est viduata pastore, debet assignari intra tres menses. ca. ne pro defectu. de elect. Alioqui ad proximum superiorem dispositio deuoluitur. ibidem. & not. Floren. in 3. parte summe. in titul. 15. c. 1. §. 5. quod limitatur in cap. quanquam. de elect. in 6.

Hodie tamen rex Franciæ in hoc regno in his dignitatibus habet sex menses ad præsentandum aliquem in Roma. Pontifici, seu nominandum, & nisi intra id temporis nominauerit idoneum, habebit adhuc tres menses, ita dicitur supra hoc libro, in rub. de regia ad prælaturas nominatione faciendâ, vbi dixi.

Collationes verò beneficiorum intra sex menses fieri debent. Alias deuoluitur collatio ad proximum superiorem. ca. 2. de concess. preb. & ibi scripsi.

Præsentatio etiam debet fieri à laico intra quatuor menses. c. vno. de iure parro. lib. 6. Si à clerico vel vtroque simul, intra sex menses, vt tenet gloss. fin. ibi, communiter approbata. alia abundè tractaui in gl. infra. §. 1. supra. de nomina. reg.

Vidimus de iure, nunc superest videre: quid immutetur per hæc concordata. Et dic quod hic primò statuitur, vt theologo præbenda theologalis, demum nominatis & graduatis debite qualificatis, & aliis idoneis beneficia conferantur.

Quæ beneficia? Resp. beneficia vacantia in mensibus præstitutis in §. presatij. ordinarij. Item præbenda theologalis & parochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus, seu villis muratis graduatis, seu nominatis debentur, alia beneficia aliis idoneis prout à iure statutum est.

Tertio, à quo sint conferenda? Respo. à collatoribus ordinariis, & si illi recusaerint, ad proximum superiorem deuoluitur ius conferendi. Hæc est summa huius rub. Alia dicentur prosequendo tex.

Notandum est tamen, quod hodierna consuetudo etiam ex his multa repulit. Nam vt dicit S. Vincentius prædicator tuncur.

in sua.

in suis sermo. hodie ad dignitates & beneficia peruenitur per quinque casus, videlicet per nominatiuum, genitiuum, datiuum, accusatiuum & ablatiuum, & hodie vocatiuus casus dormit, nec est in v[er]ba, eo conueniuntur grammatici, non valentes, sicut olim, sex casus inuenire.

Primò prouidetur dignitatibus per nominatiuum, vt patet supra in rubr. de regia ad pra. latur. nomi. fac. [Item iure regali rex Francie dicit vacante sede episcopali in aliquibus episcopatibus se posse conferre praebendas & dignitates ecclesiarum cathedralium: sed non vidi privilegium: vide in c. generali. de elec. in 6. & in ecclesia Carnotensi praebendas alternatim confert cum capitulo ex transactione, censuit Senatus anno 1286. vt in lib. etiam continetur.]

Secundò prouidetur per genitiuum, videlicet genitis à principibus & à magnis dominis, siue sint infantes quasi modo geniti, siue maiores, & vitis irretiti, siue sint filii sacerdotis. his enim per genitiuum prouidetur, vt patet per totum titulum de filiis presbyter. & circa hos dicit gl. in ca. peruenit. i. q. 3. quòd episcopi sunt caeci ac surdi, quia vitia à suis filiis & nepotibus commissa audire volunt.

Tertiò, per datiuum prouidere etiam beneficiis, quia hodie dicitur, Date, & dabitur vobis. & magis frequens est hic casus, vt patet per totam rub. de sumo. Audiui quendam canonicum olim fuisse qui nunquam suum dedisset suffragium in electione, quin prius aliquid consecutus fuisset, dicens, rien pour rien, & eo fuerunt electiones in hoc regno sublatae, vt patet in rubr. supra. de elec. derog. vbi fusius scripsi.

Quartò per accusatiuum multi ingrediuntur tam episcopatus quam alia beneficia. Accusabitur bonus ab impio. cap. cum oporteat. & per totum. de accus. & qui per accusatiuum ingrediuntur, per accusatiuum egredientur: vt similes fiant illis, qui faciunt ea.

Per vocatiuum pauci admittuntur, sed quos æquus amavit Iupiter. nam columba quæ solebat afferre sanctum Spiritum, fuit occisa per coruum, secundum Hosti. &

Card. in c. quia propter. vers. nisi de elect. Reser. de Ripa in 2. lib. resp. c. 13. de elect. licet dicatur ad Hebr. 5. Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatus est à Deo, tanquam Aaron. c. qualiter de elect.

Item per ablatiuum multi veniunt, quia per potetiam vi auferunt beneficia à pauperibus. vt in rub. de resti. spol. per totum [Item molestando eos laboribus & expensis, & causam euocando ad consilium, & alias deglutendo, ac eorum bona deuorant vt cibum panis. Dauid, Psal. 32. sed hos deuorabit ignis.] & potest dici quòd regnum caelorum vim patitur, id est, ecclesia, vel viri ecclesiastici. Transfuga miles ego non sum, mea castra reuisam. Aggredientur tulum, lector adesse velis.

§. PRIMVS.

Canonicus & prebenda in qualibet ecclesia metropolitana, & cathedrali, conferri debet theologo, magistro, licenciato, aut baccalario formato, qui residere, & predicare, ac legere, saltem semel in hebdomada debet: qui si defecerit, puniri à capitulo potest, & absens à diuinis, dum legit, nihil perdere debet. hoc dicit §. v. que ad §. prefati.

Statuimus à insuper b quòd Sordinarius collator c in vnaquaque cathedrali d ac etiam metropolitana e ecclesia,

Quatuor continet partes hic i. §. Prima præcipit præbendam in ecclesia cathedrali & metropolitana conferri theologo. Secunda declarat qualis is esse, & quid agere debeat, ibi, qui per decennium. In tertia punitur theologus, ibi, & quoties, &c. In quarta conceditur eidem privilegium fauore studii, ibi: & vt liberius, & legitur vsque ad §. prefati. In primis aptanda est nobis singulis verbis congrua interpretatio. dicitur in i. c. in l. v. non veniunt res. aptanda ff. de petitio. hered.

a Statuimus. Ius importat nouum. Verum clem. fi. de reser. c. 1. de offic. deleg. lib. 6. dicit in re. per. l. vnic. e. nor. 4. C. de sent. que pro eo quòd in re. Tamen quando ponitur super materia

teria iam decisa, non importatius nouum, sed intelligitur secundum subiectam materiam, ut in hoc tex. quia illud erat decifum in §. sequitur. eo. tit. in prag. Tradit Pan. & alij in c. decernimus. de iud.

Limitat etiam Perul. in c. fi. §. 1. de deci. in 6. quando in principio constitutionis opponeretur verbum declaramus. nam tunc verbum statuimus, ibidem subsequens non erit iuris noui promulgatorum per tex. ibi. idem coniunctum apponeretur, videlicet declaramus & statuimus per supradicta. Nota tamen quod verbum statuimus perfectam rem significat, & cum effectu, non verbo tenus. tex. in ca. in his. de ver. sign. quasi velit hic tex. dicere, istud statutum postquam animo condendi legē inter Gallos est factum, esse cum effectu seruandū. l. leges sacratissima. C. de legibus. c. in memoriam. 19. dist. glo. in verbo statuimus. in extrauag. execrabilis. Ioan. 22. de preb.

b *Insuper.* Id est præterea. c. statutum. §. insuper. de rescr. in 6. l. 1. C. commu. de leg. §. a. l. insuper in §. de dona gl. in §. insuper. de col. in prag. exponit insuper, id est, ultra vel præterea, quasi velit dicere tex. quod reservationes & gratiæ expectatiuæ sunt sublatae in hoc regno. Potest tamen (ut supra diximus) Papa in ecclesiis metropolitanis, cathedralibus, & collegiatis canonicum creare ad effectum obtinendi dignitates. Et præterea tenetur ordinarius collator providere vni theologo de præbenda theologali, cum eidem theologo referretur, per hunc tex.

c *Ordinarius collator.* Hi dicuntur ordinarii collatores, qui à Papa, vel consuetudine conferendi habent potestatem. arg. c. à iudicibus. 2. q. 6. no. in c. ordinarij. de off. ordi. in 6. & dixi in octaua principali. q. tractat. nomina. §. §. seq. Et hic ponitur ordinarius collator ad tollendum dubitationes, quæ erant in d. c. super specul. de magist. ibi. Constituat magister idoneus à prælato cum capitulo, intellige, si collatio ad vtrumque spectat. si verò ad vnum tantum spectet collatio præbendæ theologalis, ille solus poterit conferre. c. cum ecclesia Vulerana. de ele. c. vno. ne sede vacan. in 6. Et dicitur ordina-

rius, qui iure suo potest conferre. gl. in ver. ordinario, in extrauag. execrabilis. de preben. in extrauag. Ioan. 22.

d *Cathedralis.* Cathedralis ecclesia Cathedralis dicitur episcopalis, quæ ob honorem cathedralis episcopalis sic vocatur: quia ibi cathedralis episcopalis, & sedes sita est. Archi. in tur. c. statutum. col. 1. de rescr. lib. 6. Hosti. & alij in ca. ne pro defectu. de elect. & metropolitana nomine cathedralis continetur. c. quamvis. 1. de preb. in 6. l. 10. Mona. in c. vno. col. 1. de ver. perm. in 6. & hoc quando non est expressum verbum metropolitana, quia tunc expressum facit cessare tacitum: ut hic, & l. cum filio. §. 1. ff. de vulg.

Item dicitur cathedralis cuius ratione episcopus recipit cathedralicum. c. conueniente. de offic. ordi. c. pastoralis. de donat. §. 10. q. 3. ca. placuit. Et dicitur cathedralicum id quod soluitur in honorem cathedralis principalis. Et aliquando dicitur synodaticum, quia in synodo solui debet. Panor. in c. cum olim. de censib. Alias exactiones non potest episcopus facere. cap. placuit. 10. que est. 3. alioqui punitur in quadruplum, cap. q. noniam. in fi. 18. dist. Henr. Boreus in tractat. de synodo episcopi. 3. parte, articulo. 1. num. 86. cum seq. fol. 26. & solet appellari ab eis, si exactiones indebitas faciant, vel alias abutantur, à notario abusu ad senatum, qui abusus regni reformat, ut latè dico in rub. de publ. concubi. §. quia vero. infra.

e *Metropolitana.* Ecclesia metropolitana dicitur archiepiscopalis. l. vna. §. ibi gl. & doct. C. de metro. Beryro. lib. 11. c. ut ligantes. de off. ordi. l. b. 6. §. 1. de ecclesiast. rit. col. 9. & dicitur metropolitanus archiepiscopus. res. in ca. referentia. ibi, ad metropolitanum, videlicet Remensem archiepiscopum appellauit. de præb. à mensura, scilicet ciuitatum & episcoporum, quibus præest, c. 1. 21. dist. Debet enim habere sub se decem vel vndecim ciuitates, & totidem episcopos. c. scire. 6. q. 3.

Et nullus episcopus curiam regis vel imperatoris absque facultate aut licentia curiam archiepiscopi adire debet. cap. si quis episcopus adire p. us. 23. q. 8. & ibi reprehenduntur Gallicani episcopi, qui non seruant illam dispositio-

Quid dicitur cathedralicum & synodaticum.

Metropolitana ecclesia quæ dicitur, & an veniat sub appellatione cathedralis.

Episcopus imperatoris absque facultate aut licentia curiam archiepiscopi adire possit.

nem. vnde dicit D. Ambrosius *in cap. conuenior. ver. quid ergo. 23. q. 8.* Ad palatium imperatoris irem libenter, si hoc congruet sacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quam in ecclesia, &c. Nam legimus D. Petrum in atrio principis Christum negasse. ex quo dicit Guagu. *in vna Caroli sexti*, nonnunquam in Fracia compertum esse plus damni in reipublicam inuehi, dum sacerdotis consilio res agitur, quam cum prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus agendis praeficitur. Ille enim nescio qua insatiabili ambitione omnia sibi vendicat, hic populi miseris & communitatis detrimentum esse ratus reipublice bene, vt potest, consulit. *sequitur Maleret in tract. de electio. fo. 59. col. 3. & seq.* imò dicit tex. episcopus aut sacerdos nequaquam seculi curas assument, sin aliter deficiantur. *88. dist. in c. episcopus. Lucas de Pen. in l. milites. col. 2. c. de re milit. lib. 12.* Item hic expressit metropolitanum, quia in materia odiosa, appellatione cathedralis, non venit metropolitana, licet sit cathedralis. vnde illegitimus dispensatus, vt possit etiam in cathedrali habere beneficia, non poterit habere in metropolitana. *Ioann. Mona. & alij in cap. quatuor primo. in fi. de prae. in 6. per c. primum. de filiis presbyt. illo libro.*

Præbenda & canonicatus, si mul. debet conferri theologo.

De copulatione.

canonicatum & præbendam a Theologalem b
 a *Canonicatum & præbendam.*
 Non ergo sufficeret conferre canonicatum theologo, & alteri præbendam, vel præbendam, sine canonicatu, cum hic tex. copulatione loquatur ad veritatem, cuius requiritur vtramq; partem esse veram. *l. si hæredi plures. ff. de condit. instit. l. si quis qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. c. inter ceteras. de rescript. siue copulentur affirmatiue, vt hic, siue negatiue. l. si quis ita stipulatus. ff. de ver. obl. & copulatæque principaliter. c. querelam. & ibi Paternum. de sumo. Bar. in l. scilicet. ff. de fund. instrum. las. in l. Titie. ff. de leg. 1. etiam copulat diuersa gl. in rub. ff. de iur. & fact. ign. & ibi addidi a. l. iura. nam non est congruum vt præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus. *relatum. de præb. valeret tamen,**

si conferret præbendam simpliciter theologalem consuetam conferri canonicis, & canonia inhaerentem. tunc enim conferretur esse collatus canonicatus, & idem eorum trario, *text. sing. in cap. proposuit. in c. la. glo. in verbo, inuestiuit. de concess. præbend. & ibi Anselm. plenior. Barb. & alij in c. cum M. de constit. & idem tenet Barb. in c. eam. col. 7. nu. 38. de rescript. facit ca. peruenit. 2. de appel. & cap. proposuit. de cler. excomm. in missis. vbi conferret præbendam, vel de ea quis inuestitur. & tamen nihil dicit de canonicatu. *vid. fufius in d. c. cum M. & Domin. in cap. si postquam. Ancha. & alius in c. clericus. & Perus. in c. cum in ecclesia. de præbend. in 6.**

Item valeret impetratio, in qua sit tantum mentio de canonicatu, vel de præbenda tantum, quando inhaerent, & sunt connexa, alioqui contra. *Rota decif. 449. Quidam habens. in no. & decif. 547. vtrum. in antiqui. Card. conf. 103. casus super quos. nu. 19. rescript. confirmatur. Fel. & Decius in c. cum adeo. in p. de rescript. Sic seruari in practica dicit loc. de Selua in tract. de benef. in 3. parte. q. 11. & Anchi. in rub. de concess. præb. in cle. Et ideo inter Regid. de Bellamera. conf. 34. supposito. col. 3. rescript. suppositis. literas non dicit subreptiuas, si in eis fiat mentio de canonicatu, & præbenda, & in signatura siue supplicatione non fiebat, nisi mentio de canonicatu, quia vnum connexum trahit ad se alterum. *argu. c. translatio. de consti. nec vnum plus dicitur quam aliud continere, quod est notandum. & idem docet Staphile. in tract. de literis præbend. in rub. de qualita. & statu benef. rescript. quid autem econtra.**

Intellige etiam ecclesiam annexam præbendæ theologali esse theologo debitam, si qua erat, quia postquam habet principalem præbendam, ergo & annexam, & accessoriam, cū sequatur naturam sui principalis. *l. cum principalis. ff. de reg. iur. no. in ca. super eo. de præb. lib. 6.*

Notandum est quòd duplex est canonicatus, vna, quæ non coheret præbendæ, sed per se ad tempus consistit. *capit. cum cui. ca. si clericus. hi qui. de præbend. in 6. & supra tit. proximi. dicitur quòd Papa crearet canonicum ad effectum obtinendi dignitates in illa ec-*

illa ecclesia. *Anch. in rub. de concess. prebend. in cle.*

Et est quoddam ius spirituale de nouo creatum. *c. dilectio. de preb. vbi melius declaratur quam alibi, in quo consistat possessio canonicatus.* Primo in electione euangelij in sua hebdomada. Secundo, quando episcopi electioni, & aliorum negotiorum tractantibus interfuit. Tertio, quando domum obtinuit, quæ non nisi canonico cõsueuerat assignari. Quarto, quando ad osculum pacis cum aliis canonicis est receptus, ibi, licet alia videre. *Et in ca. in Genesi. in fi. de electio.* Quinto, quando lectiones legit in ecclesia. Sexto, quando responsoria, & alia cantauit. *probat in ca. super in antiq. de concess. preb. vbi sunt ista verba, qui à tempore receptionis in canonicum locum in choro, & capitulo, sicut alij canonici habuisti, lectiones legisti in ecclesia, & responsoria cantasti, &c.]*

Altera canonia est quæ coheret prebendæ, ut hic, quæ possessa possidetur prebendæ. *Fel. in c. cum M. in gl. receperunt. de consti. vbi dicit prebendam quãdam esse temporalem sine canonicatu, quam potest laicus obtinere per gl. ibi. & hæc datur de rebus ecclesiasticis pro aliquo labore temporali alicui tanquam benemerito, ut aduocato, vel bidello.* Altera est spiritualis, licet eius substantia consistat in temporalibus & est canonicatui annexa. *d. c. dilectio. Card. in c. si. 12. q. de preb. & cons. 126. Rom. cons. 328. presens consultatio. co. 3. Pan. & alij in c. maiorib. de prebend. & hæc potest cum iure spirituali permutari. c. ad quæstiones. de re perm. altera non arg. c. cum esset. & c. querelam. de sim. & de ista loquitur hic text. Ethic proprie capitur prebenda pro iure percipiendi proventus in ecclesia: interdum largius sumitur pro quocunque beneficio & dignitate, ut docet Egid. de Bellanera, decis. 647. si expe. lant. Fel. in c. postulasti. col. 8. de rescrip. to. de Selua in trac. de beneficio, in 1. parte. q. 3. & sic. capitur in rub. de preb. & in rub. de concess. preb.*

b Theologalem. Dicitur theologalis id est, theologis affecta & debita, & illis est conferenda: sicut dicitur de prebenda sacerdotali, ut sit illa quæ sacerdoti debetur,

vel ille qui eam habet, ad sacerdotij ordinem promoueri debet. *capi. consti. de concess. preb. & ibi Pan. & Imo. c. ei cui. & ca. cui de non sacerdotali. de preb. in 6.*

Sic dicitur vinum theologale, optimum vinum theologis (qui boni sunt vel esse debent) debitum, quo vino vtuntur in prandijs magistralibus & illa prandia ex septem decorantur, ex preciosis ferculis, quæ non debent mitti ad singulos magistros, sed in communi deuorari debent. *Archi. cap. non oportet. 1. 42. dist. quod dicit facere contra inuitatos, vel nil debeant ad domum mittere, sed ventrem repletum referre, nisi consuetudo esset in contrarium: ut in nuptiis Biturigen. decoratur etiam hoc theologale prandium ex suauius poculis, ex generositate ministrantium, ex dignitate recubentium, ex temporis congruitate, ex dilectionis charitate, ex locutionis alacritate. & hæc prandia in se sibi theologi vsurparunt, imitantes Christum, qui optimam cenam habuit cum discipulis, in qua fuerunt septem supradicta. Alber. in verbo cena.* Sed hodie senatus cons. hæc prandia theologalia restrinxit, legem Didiam sumptum cohibentem imitatum. *(Et rex. in c. si. 10. q. vlt. etiam enormia prandia fieri prohibet, ne eo prætextu pauperibus theologis damna incutiantur.)* Voluit tamen ad sexaginta libras hoc solenne prandium protendi posse, nisi in religiosis, qui vino theologali vti non solent suis impensis, cum nil habeant: ideo dicit hic text theologalem, non magistrallem, quia non omnibus magistris est affecta hæc prebenda, videlicet artium magistris. nam verbum magister est generale pro omnibus doctibus. *l. quibus scripsi. ff. de ver. sig. doct. in rub. de magist. quam obrem dicit theologalem, id est, theologis debita, & non magistrallem, quod est notandum.*

inibi consistentem a conferre te-
neatur **b**

a Inibi consistentem. Id est, in ecclesia cathedrali & metropolitana, & est aduerbium compositum ab in, & ibi gl. in cle. vna. de reg. sic capitur in c. si. ibi, inibi, vacatura. de consuet. in 6. cap. si is cui. de preb. eo. lib. cap. 1. §.

Collat
prebenda
an con
tur ill
ent con
canon
contuVessio
canonica
us quo
modo pro
huar.Duplex est
prebenda.Duplici
est preb
logis de
ferendaDuplici
est preb
logis de
ferenda

statuentes de mag'f. Intellige collatorem debere conferre præbendam, cum facultas se obtulerit, id est, cum primum vacare contigerit. *text. & ibi gl. in §. ordinat. eo. tit. in prag. antequam ergo vacet, non debet conferri, nec promitti. capitul. 1. & seq. de concess. præb. dico in verbo vacare. §. seq. & in proximo supra.*

Quæro, quid si nulla præbenda theologalis consistat? Respo. debet vna deputari simulq; vacauerit, vt habetur in d. §. ordin. arg. c. dilectus. in 2. de præben. Ang. de Clauaf. in summa. Ang. in verbo magister. in §. 8. vbi dicit, quod interim debet quilibet canonicus præbendatus dare tantum, quamvis valet vna alia præbenda, si superfit aliquid.

argum. c. si. de his que sunt à mai. parte cap. c. de his. de eccles. & d. si. Nec debet minima (si inæquales sint) isti theologo deputari, sed æqualis, cum omnes debeant esse æquales. c. cum omnes. & c. cum M. ibi. pares. de constitu. & ideo præbendæ S. Hilarij, maioris Pictaui. & Lugdun. reductæ fuerunt per Senatum ad æqualitatem, anno 1522. die 5. Martij. Reseruata tamen optio antiquioribus fuit.

b Teneatur. Verbum præceptiuum est. *text. in §. item ordo. cle. exiui. de ver. sig. gl. in c. duob. in verbo teneantur. de rescri. in 6. gl. in §. in super. de colla. in prag. & quod præcipitur imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri. 14. q. 1. c. si. ideo quocunq; tempore hæc præbenda vacet, conferri debet theologo, cum hic non assignetur tempus, sicut in mensibus statutis nominatis & graduatis infra. & intellige quocunq; modo conferatur, siue ipsi per se conferant, siue cum alio, siue eligendo conferant, vt fit in metropolitanis, in quibus capitulum eligendo confert, & dicitur potius conferre, quam eligere. *gl. in cle. quia. §. vt autem. in verbo electionem. de relig. domi. Felin. in c. in nostra. cor. rel. 32. de rescrip. & hoc verbum conferre comprehendit præsentationem, institutionem, & aliam prouisionem, vt dico in §. statutus. 2. infra eo. in verbo conferantur.**

Quid si collator nolit conferre? Respondeo. supplebit superior immediatus.

§. si quis verb. infra eo. per c. nullus. de iure patro. & c. 2. de mag'f.

Quid si nullus reperiatur theologus? Respon. debet conferri graduatio in iure canonico, cum proxime accedat ad theologiam, vt dicam, etiam infra. & in symboli-
 tantibus facilius est transitus. *l. si vnus. §. pa. Et us ne pereret. ff. de pact. & quia etiam inhabiles in defectum habiliū admittuntur. l. non in re gradatum. ff. de muner. & honorib. l. consensu. §. super plagis. C. de repud. text. in l. eos. ff. de de- cur. ibi. nam paucitas eorum qui muneribus publicis fungi debeant, necessario hos etiam ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, inuitat. nam deficientibus idoneis in vna ecclesia, de aliena quis potest assumi. cap. nullus. & ca. obitum. d. d. h. Car. in cle. vna. oppo. 6. de supple. negli. prela. vbi dicit, potest monachus alterius monasterij (eiusdem tamen religionis & habitus) eligi, vt dico in §. volumus. infra eo. in verb. & conformitatem. Et similiter tertia pars beneficiorum debet conferri nominatis, & graduatis, si tot nominati & graduati possint inueniri. dicit text. in prag. sancti. eo. tit. §. & similibus, qui hodie non deficient.*

Quid si spectet præsentatio ac prælatum cum capitulo, prælatus præsentat vnum, capitulum alterum, vter istorum debeat institui? Respon. præsentatus per capitulum si idoneus reperiatur, quia ipsorum magis interest habere idoneum, quam prælati, & scientia coalescere nequit, nisi sociata fuerit tradentis accipientisque concordia. *Card. in d. c. quia. col. vlt. Vnde Quintil. lib. 2. orato. instr. inquit, Vt præceptoris est officium docere, sic & discipulorum præbere se dociles. Sed capitulum in singulos dies audiet istum theologum tam legentem quam prædicantem, vt supra dixi, prælatus vero non, ergo istorum magis interest, ideo superior pro discretionis sua ista ponderabit, quia oportet quod præsentatio seu collatio sit ritè facta, per eam quæ notat Fedè. confi. 1. & aliàs consuluit neutram præsentationem valere.*

Quæro, an theologus debeat insinua-
 re, videtur quod non, quia hoc non dicitur theologus in text.

Præbenda Lugdun. & Pictaui. ad æqualitatem c. cum omnes. & c. cum M. ibi. pares. de constitu. reductæ sunt. Arrestum.

Præbenda theologalis quocunq; tempore vacet, est theologo conferenda.

in text. & clausula de insinuatione infra posita, ad istos non debet referri. *arg. l. talis scriptura. ff. de lega. 1.* & hoc expressè tenuit gl. in §. & similiter. in verb. *teruic. eo. ut. in prag.* Contrarium teneo, quia voluntas per insinuationem theologi declaratur, *vt infra dicitur*, actu subire voluerit. Ideo dicerem quòd stantibus theologis qui insinuaerunt, non debet aliis, qui non insinuaerunt, conferri, præbenda theologalis. Si verò nullus theologus insinuaerit, & alii alterius facultatis etiam decretorum insinuaerint, dicere theologum qui non insinuaerit, eisdem, quo ad hanc præbendam præferendum, quia hic tex. ratione habet maiorem ad theologos, & potiore quam ad alios, ergo præferetur. *tex. in §. exhortamur, eo. ut. in prag. ubi sic dicitur Exhortamur ordinarios collatores, vt in conferendis beneficiis præsertim quo ad dignitates, respectu habeant singularem ad magistros, nec non licètiatos, & baccalaureos formatos in theologia probatur in d. cap. quia Ergo quando reperiuntur theologi, illis est præbenda theologalis conferenda, si eam petant & requirant arg. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. & in §. si infra eod. ubi dicitur prosequentibus beneficia illis affecta esse conferenda, & sic debet intelligi gl. prag. sancti. [vnde si collata fuerit præbenda doctori decretorum, & non venerit theologus intra annum, excludetur ab interdico vt possidetis, quod est annale. l. i. in fin. ff. de interd. doct. in ca. licet. de prob. & per triennium in possessorio & in petitorio, vt in decreto de pacif. poss. cautum est, quæ etiam scripsi in eod. tract.]*

vni a magistro b seu

a Vni.) Non duobus, quia sectio præbendarum fieri non debet. *cap. maioribus de preb. & ecclesia vnius debet esse sacerdotis, & sacerdos debet esse vnius ecclesiæ. ca. cum non ignores. de preb. ca. quoniam. de iure patro. c. si. 21. q. 2.* Item duo non possunt ad vnam præbendam eligi. *c. tuc. de preb.*

Pro resolutione huius materiæ notandi sunt casus sequentes.

Primus est, quòd duo non possunt ad

vnam & eandem præbendam recipi, vt quilibet habeat dimidiam fructuum partem. *c. maioribus. & c. dilecto. de preb. & ca. nisi. in si. ibidem.*

Secundus casus est, ex causa vna præbenda potest in duas diuidi, quadiuisione facta, duo poterunt recipi. *cap. vacante. de preb. ubi dicit Pan. hoc procedere quatuor concurrentibus. sicut ex duabus ecclesiis, causa suadente poterit fieri vna. ca. exposiuit. de preb. & Petr. Perus. in tract. de vno. beneficio. per totum. & in trac. de reuocatio. vno. Alex. cons. in consultatione. col. 2. ins. vol.*

Tertius casus, non valet receptio duorum ad vnam præbendam, etiam si facultates vtrique sufficerent. *Pano. & Inol. in d. c. vacante. & d. c. maioribus.* Intellige quando duo simpliciter reciperentur ad illam præbendam, secus si ex causa rationabili & animo declarato vt diuideretur, & sic his duobus daretur. *Moder. in cap. cum M. in glo. in verbo duos. de constitut. & hoc videtur probare d. c. vacante ibi, constituens, id est, constituere intendens, vt ibi dicit Hostien. & sic sufficit propositum expressum, licet non sit facta diuisio temporalium quantum ad effectum iuris, videlicet vt valeat ipsa receptio. & sic ad ea quidem quæ sunt iuris sufficit diuisio facta exposito, secus verò quo ad factum, ad hoc, vt partes assignentur cuiilibet recepto, quia in his requiritur diuisio. Pano. in d. c. maioribus. & sic conciliabuntur opiniones.*

Item intellige non posse beneficium aliquod dari duobus quando eis vt singulis assignaretur, secus autem si vt collegio, quoniam tunc nequaquam contingeret aliqua sectio, sed ipsum corpus collegii representat personam vnius. *argum. l. mortuo. ff. de fideiuss. Panorm. in cap. iuc. in 2. not. de preb. nam quamuis plures sint, tamen vice vnius funguntur, vt ibidem dicitur. licet in delictis vniuersitas non fungatur vice vnius per text. in l. semper. §. sim sepulchro. ff. quod vi aut clam. quem Bartol. pulchre not. in l. aut facta. §. fin. num. 9. ff. de pen. & Boerius in tract. de seditionis. de hoc multa dixi in §. motum in verb. vniuersitates. infra eod.*

Quartus casus est, quando vacat cano-

Vna præbenda duobus non debet conferri.

Duo an possint ad vnam præbendam recipi.

nicatus cui est annexa præbenda, & duo à toto capitulo simpliciter eliguntur in canonicos, & de præbenda nil dicitur, tunc valet electio, & præbenda debetur primo recepto: & si simul essent recepti locus est gradificationi. *gl. Pan. & alii in d. c. cum M. per rex. in c. per. de re script. in 6. dilecto. de præb.*

Quintus casus est, si vacante canonicatu & præbenda duo recipiantur cum hoc pacto, ut vnus habeat præbendam, & alius expectet primam vacantiam, tunc ratione incertitudinis, neutra receptio valebit. secus si expressum sit quod Petrus debeat habere præbendam nunc vacantem & Ioannes vacantiam, quia respectu Petri receptio valet, & respectu Ioannis non, quia est contra concilium Lateranense in c. 2. de concess. præben. ex. in d. cap. t. u. e. & ca. dilecto de præb. & vtrobiq. per Imol.

Sextus casus est, quod plures possunt recipi ad vnã præbendam consistentem in mera temporalitate. *Panor. in d. ca. t. u. e. & hoc casu potest duobus laicis dari, ut illã communem habeat, sicut possunt canonici omnes viuere ex redditibus communibus.*

Septimus casus est, quando duo recipiuntur ad eandem præbendam diuersis temporibus, valet receptio vtriusque, sed primus habebit præbendam, secundo vero desuper exerescentibus fructibus erit prouidendum. *rex. in c. cum M. de consuet. & ibi Barb. col. 34.*

Octauus casus est, quod non valet collatio beneficii facta duobus, ut alternis annis vtantur, quia esset contra concilium Turonen. postuim. in d. c. maioribus. nec obstat. *l. quaten. ff. de usufruct. quia loquitur in usufructu, qui est diuiduus. l. 1. §. si usufruct. ff. ad leg. falci. d. ius verò præbendæ non. Card. in d. c. t. u. e. de præben. & ibi Imol. col. vt. quia sicut non potest scindi realiter, sic nec temporaliter.*

Collatio
conditiona-
lis quando
valet.

Vltimus casus est, non valet receptio facta de secundo sub cõdõtione, si primus eam noluerit, secundus habeat: quia collatio conditionalis non valet. *gl. in ca. 2. de electio. in 6. valebit tamẽ collatio facta primo, quia illa conditio, si voluerit, tacitè inest*

*e. relatum. ibi si vacat de præben. nec censetur electio de primo facta conditionalis, dum dicitur, eligimus Ioannem, & si noluerit, eligimus talem. sed electio secundum licet contrarium teneat Panor. in d. ca. t. u. e. Intellige quod vnus collator debet conferre vni theologo, & alter alteri, non quod omnes vni conferre teneantur, quia vni præbenda theologali vix dignè vnus seruire potest, ergo multo minus duabus. *cap. de consuet. in 6.**

b Magistro. Magister propriè vocatur in theologia, eo quod sectator Christi est, vel esse debet, quasi theogonius, *gl. in cle. 2. in verbo de toratus de magist. vnde Christus dixit, Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis. In medicina etiam potest appellari magister in magistris. C. de profess. & medic. lib. 10. Ex consuetudine in Montepessulano doctores regentes in medicina vocantur magistri reuerendi, quasi ab scholasticis & aliis reuerentiam habeant, vel habere debeant, ut dicit Salomon, Honora medicum, propter necessitatem creauit eum dominus. Et etiam magistri artium vocantur magistri cum adiuncto communis, & etiam sine. *ca. quia de magist. c. 1. in 24. q. 5. in fin. vbi vocantur magistri liberaliũ artium. & appellatione magistrorum veniunt doctores cuiuslibet facultatis. ca. & ibi Barro. no. de loca. sic etiam legum doctores dicuntur magistri legum. *rex. in pro. m. ff. in §. his igitur & ibi gl. & Fel. in rub. de magist.***

Ex consuetudine tamen doctores iurium appellantur domini: alterius vero facultatis magistri. *gl. in aurb. habita. C. ne filius domini pro patre. gl. in elem. vt. de magist. Pan. in q. mi. r. c. v. p. m. Gamulphus. col. 7. Fel. in c. 1. col. vt. de magist. Et iurium doctores insequuntur etiam Christi, qui voluit dici dominus: Vos vocatis me magister & domine, & quia omnib. dominantur, ideo domini dicuntur, & c. Et puto eos recusasse nomen magistri, ne facerent contra dictum Christi. Math. 23. Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus.*

Aliquando tamen doctores etiam theologi

logi vocantur domini. i. ad Timot. 1. & cap. su
rector. 43. dist. Differentiam tamen inter do-
ctores & magistros tradit Archid. in ca. de
quibusdam. 27. dist.

Arifex
an vocari
debeat ma-
gister.

Item cuiuslibet doctrinae praeceptores
magistri vocantur. l. quibus ff. de verbo. sign. &
ibi dixi. Est tamen differentia, quia quando
artifex vocatur magister, debet poni a par-
te post, ut Petrus magister faber, vel lato-
mus. Si vero magister vocetur doctor the-
ologiae, vel alterius disciplinae, debet dici
a parte ante, ut magister Petr. Hosti. in sum-
ma. de magist. §. 1.

Quare do-
ctores theo-
logiae vo-
cantur
magistri
magistri.

Ex consuetudine doctores theologos
vocamus magistros nostros, & puto eo
consuetudinem introductam esse, quod
sunt communes omnium, tam in praedica-
tionibus, quam in lectionibus gratis serui-
endo: ideo quilibet eos nostros appellat, si-
cut fatuus maritus uxorem nostram, & no-
suam vocat, contra tex. in l. Lucius §. 1. ubi, mu-
lieri meae. ff. de leg. 3. & l. uxori meae. de usufr. leg.
& l. filium. de opt. lega. vide tex. in c. quod autem.
ibi. & non solum quae dicunt sua, sed etiam no-
stra. 23. q. 7. sic Papa vocat cardinales scri-
bendo in genere fratres nostros, secus si
exprimat nomen proprium. ita Bonifac.
in proemio cle. Ioannes. num. 4. & sic ecclesia
dicitur nostra, quia nemini claudit greum,
sic & isti doctores magistri nostri di-
cuntur. l. si circa. fm. ubi, nostras diuinas domos.
C. de quadri. prescrip. ergo doctores aliarum
facultatum non debent vocari magistri
nostri, quum non sint communes omnium
sine mercede, sicut theologo.

Molestum
non debet
esse vocari
magistru,
sicut erat
scholasti-
cus Tholo-
sa.

Notaandum est quod is magister solum
meretur dici, a quototum & quicquid v-
bique dubitatur, potest & debet in eo in-
ueniri. Hiero. lib. 2. super epist. ad Ephes. quem
refert Lucas in l. medicos. col. 1. C. de professio. &
medi. lib. 10. Ideo non debet aliquibus esse
molestum, si magistri vocentur, maxime
quando est illa consuetudo, ut Tholosae
mea memoria erat, tamen scholastici gra-
uius ferebant, quam si vocati essent cano-
nici de petra vel de graua.

Qualis de-
bet esse
theologus.

Qualis debet esse iste theologus? Genes.
47. dicitur, quod si nosti in eis esse viros in-
dustrios, constitue illos magistros peco-

rum meorum.

Primo ergo debet esse notus in bonis
morib. & scientia a superiore, qui eum de-
bet praeficere ad theologalem praebendam,
ut dicitur Num. 11. c. Congrega mihi septua-
ginta viros de senioribus Israel, quos tu
nostis, quod senes populi sunt & magistri.
& praecipitur Prover. 72. c. diligenter agnosce
vultum pecoris tui, tuosque greges
confidera.

Secundo debent esse viri, id est, fortes
in increpatione, non adulatione. Luc. 29.
Magister increpa discipulos tuos. & Marc.
4. Magister, nonne ad te pertinet, quia pe-
rimus.

Tertio requiritur industria, id est, scien-
tia & doctrina. 2. Reg. ca. 11. dicitur. Videns
Salomon adolescentem bonae indolis, &
industriam constituit eum praefectum.

Item in c. 2. de magist. statuitur eligendos
esse viros prouidos, honestos, & discretos.
idem in l. 1. Cod. de cond. in publ. horreis. lib. 10.
quod nobilis prudens & discretus eligatur.

Item dicitur 8. q. 1. c. oportet eum qui in-
struit animas rudes, esse talem, ut pro in-
genio semetipsum possit aptare, & verbi
ordinem pro audientis capacitate dirige-
re. Debet ergo apprime esse eruditus & do-
ctus, irreprehensibilis, maturus, pauidus, &
inter plures is est praefertendus, qui doctior est,
qui sanctior, & qui in omni virtute est e-
minentior. ca. licet ergo. q. 1. Si tñ fuerit vnus
theologus concionator & mixtus in iure ca-
nonico, is erit praefertendus alteri, qui tantum est
subtilis in disputatione de trinitate, de na-
tura angelorum, & metaphysicalib. & aliis
subtilitatib. per c. cum sit ars artium. de eta. & qual.
c. nisi cum prudens, de remun. mor. in ca. de consang. c.
inter caetera. de offi. ord. c. quia nonnulli. & seq. de
magist. & sic fuit Romae consultum teste
Prouinc. sol. 37. concur. & c.

Theologus
conciona-
tor est praef-
erendus
aliis.

Intellige secundum conditionem suae
personae, quia monacho prouideri debet
in ecclesia regulari, seculari vero theologo
in ecclesia seculari. Na verba debent intel-
ligi secundum conditionem personae ad quam
referantur. l. plenum. §. sequitur. ff. de vsu & ha-
bita. l. librorum. §. quod tamen Casus de leg.
2. l. ex militari. & ibi Barrol. ff. de res. sum. milita.

Regularis
praebenda
regulari
est conso-
randa.

unde

vnde si fiat bannum, vt quisq; vadat in exercitum, debet intelligi secundū qualitatem & conditionem suę personę. *Bar. in l. si non fortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. Bal. in l. liberti. C. de op. lib.* Si tamen non inuenirentur seculares ad illam præbendā, poterūt eligi religiosi. c. quod Dei timorem. de statu monach. ca. inter quatuor. de relig. domibus: quia melius est præponere religiosum doctum, quā secularem ignarum. ca. sunt nonnulli. 16. q. 1. Et ista dispar professio est tolerabilis in defectum. *cl. m. 1. de ele.* Nec obest quod monachus habeat officium placentis non docentis. ca. monachus. 16. q. 1. quia ibi intelligit gloss. quando non habet curam animarum, vel nisi eligatur ad docendum, vide *ibidem.*

licentiato a, aut baccalaureo formato b, qui c per decennium d

Licentia-
r us an ve-
niat appel-
latione
doctoris.

a *Licentiato.*) Et sic appellatione doctoris non venit licentiatus: alioqui text. non expressisset, & quia requiritur aliud examen in eo, & secunda approbatio, nec prima sufficit. *l. magistrus. C. de profess. & medic. lib. 10. & ibi Bar. ubi venient Aug. & Bauer. in §. ed. & si quis. inst. de testam. milt. Et Bologn. in repetit. auct. habita num. 186. C. ne filius pro patre. Idem tenuit Bald. in l. 1. C. abbat. licet contrarium dicat in l. ff. solur. matr. videlicet in favorabilibus, sed non in odiosis, comprehendi non est verum, alioqui essent melioris conditionis quā doctores. vide *Fel. in proemio decreta. Greg. num. 18. lafo. in l. ad egregias. in fin. ff. de iureiur. & quod non gaudeant privilegiis doctoribus ad dictis, fuit decisum in Parlamento, eo quod non habent illam dignitatem, vt refert Guido Pape in decisi. Delphina. que st. 390. Sed quid de licentiato, & c. vnde dicit patruus meus Rebuffus in l. stigmata. colum. 2. Cod. de Fabri. lib. 11. quod si licentiatus impetrauerit beneficium à Papa tanquam doctor, non valet impetratio: quia birretum est doctoris in signe secundum eum. vide in regula cancellarie Iulii 21. in tertia parte. Et Bald. in l. Athleta. in principio, per illum text. ff. de excusat. iur. & licentiati vel baccalaurei non possunt interpretari publicè iura,**

quia hoc dignitati doctoris inhered. *l. 1. de Ripa in l. ex facto. num. 8. ff. de vulg. hoc tamen prohibitum à iure non inuenio, vt scripti in cholasico priuileg. ubi dixi baccalaureos etiam posse legere, vt addicant. Firmat Panorm. & alii in cap. 1. de ser. quod est verum si profiteantur tanquam scholastici, vel licentiati, vel baccalaurei, non tanquam doctores & iuris professores, alioqui punirentur, per l. eos. §. qui se pro multo. gesit. ff. de falsis.*

b *Baccalaureo formato*) Ad differentiam simplicis dicit, cui non tenetur ordinarius collator conferre hanc præbendam: quia postquam de vno exprimit, videlicet de formato, ergo de alio negare videtur. *cap. qualis. 25. distincti. cap. non. de presump. l. cum preter. ff. de iud.* Fallit quando nullus baccalaureus formatus esset, vel alius doctor seu licentiatus. *argum. l. 1. gradum. ff. de muner. & hono. vel quando alius prosequerentur. §. fin. infra eod.*

Quæro si ordinarius collator habeat doctorem, licentiatum, & baccalaureum, an possit alteri quem velit conferre: Videtur quod sic, quia in alternatiuis est electio debitoris. *l. 3. ff. de eo quod con. loc. & l. plerumq; ff. de iur. dot.*

Contrarium teneo, quia primo nominatus censetur esse dignior. *l. 1. Cod. de alio in appella. scriben.* Et doctor est hic primo nominatus: item primo nominatus præsumitur esse magis dilectus. *l. 1. §. fin. ff. de iur. iur. & primus debet prius admitti quā secundus. l. quoniam. ff. de v. i. s. Et hæc videtur probari in §. si quis verò. ibi contra prædictum ordinem, & qualificationes superius ordinatas. infra eo.* Ecce ergo quomodo secundum ordinem debent præferri, atque admitti. & hoc proba per gloss. in c. metropolitanano. 63. dist. dicentem, qui prior est in ordine prior erit in electione. Et ibi allegat alia iura. late *Fel. in cap. cum dilecta. colu. 3. & seq. vers. ordo scripturae de rescrip. facit gloss. in regula, in alternatiuis. de regul. iur. in 6. & sic primo doctor recipi debet, quā licentiatus, primo licentiatus quā baccalaureus, & baccalaureus formatus prius quā alius simplex.*

Alioqui

Alioqui posset ordinarius semper repellere doctores, & baccalareos doctoribus præferre, quod esset graue & iniuriam.

Nisi Papa baccalareum præferret magistro, vel licentiato, ut scripsi in §. declaraciones. in gl. quomodo unque. de mand. apost. infra.

Et potest dici formatus quasi formosus, & bene ordinatus & compositus. Bald. in l. in ciuile. col. 1. ff. de iusti. & iure. per l. an inuicem. ff. de acceptis. §. 1. Speciosus forma. Item forme dicitur quod habet perfectionem, in forme quod non habet. Bar. in l. si quis qui quadringenta. §. quedam. ff. ad leg. falc. fa. ut l. 1. §. 1. & §. opus. iuncta l. stipulatio. §. opus. de ope. noui nuncia. Et ubi quis totum contractum approbat, dicitur formatus, siue formis, ubi non totum, in formis, ut si non approbet qualitatem. Bal. in l. cum interdicta. C. arb. iur. Et iuramentum dicitur formiter præstitum, quando ex expressa causa. l. si duo. §. per ff. de iureiur. formiter quando sine causa, ut ibi, & sic dicitur hic baccalareus formatus, id est, canonicè factus, quemadmodum formata dicitur canonica epistola. ca. fin. 71. dist. 72. dist. in summa, quia non ante tempus sumpsit gradum, sed secundum statutorum formam. Bal. in rub. de post. prela. col. 2. quia teste Arist. in lib. de quinque substantiis, forma est lumen pulchritudinem, essentiam, & signum omnibus tribuens. Multa tradit P. Berchorius in reductor. moral. li. 6. de forma. Et solennitas præsumitur, circa ea quæ formiter acta sunt, & non circa informia. l. 2. §. circa ff. de doli exceptio. Bal. in §. si quis per triginta. col. 2. ff. de feudo contentio fuerit inter domi. & agna. vassa.

C *Qui* Declaratiuè ponitur, non restrictiuè. gloss. in prag. sanct. eod. tit. Et sic debet intelligi, videlicet ut præbenda theologalis conferenda sit magistro, licentiato, aut baccalareo formato, qui videlicet prædicti per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerint, id est, si studuerint. l. Stichum. §. l. sequi. ff. de leg. 1. nam quando qualitas, quæ ponitur per relatiuum conuenit cuilibet de genere, stat declaratiuè.

homines. ff. de iusti. & iure. & hoc relatiuum ad omnes præcedentes personas refertur, etiam si esset numeri singularis. l. heres meus. §. uxori. ff. de leg. 3. Bar. in l. Plautius ff. de auro. §. arg. leg. Et quot modis ista dictio, qui, accipitur tradit Bart. & alii. in d. l. omnes. §. l. 1. C. de summa trinit. ubi cernere licet: ut materiam tantum text. congruentem prosequar, alia non scribo.

d *Per decennium* Intellego completum, quia dictio, per, denotat perfectionem. l. urbana. §. pernoctare. ff. de verb. sign. & ita dicit gl. in c. veniens, in 2. de sponsa. & c. si conuenerit. de accusa. & in regula cancella. l. l. 2. in 4. parte. & nedum perfectionem actus significat, sed temporis continuationem. Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de teste. §. nunc videndum. in 1. addit. Siue theologi sint nobiles, siue non, debent studuisse per hoc tempus, cum in studentibus tantum iuri canonico & ciuili reperitur tempus abbreviatum. in §. præter ea. infra eod. tit. ubi dicam. & tantum tempus requiritur in vno sicut in alio, quo ad effectum huius text.

Decennium debet esse completum.

Nec posset facultas theologiæ, imò nec tota vniuersitas contra hoc dispensare. *gl. in verbo studuerit. §. ordinat. de colla. in prag. al. legat. not. per Im. in cap. 2. de eo qui furri. ordines recepit. quia inferior non tollit legem superioris. clem. ne Romani. de elect. & quia non seruaent formam hic præstituram, sine qua actus non substituit. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. Et sic non valeret statutum facultatis, ut tempus quo quis erit absens, magistrorum computetur, vel tempus quo reget in grammaticalibus, cum non possint immutare formam in his concordatis, præstituram, ut alibi dico. Traditur i. ad Tim. 5. c. Nemini cito manus imponas. Quis tam arrogans, tamque impudens inuenitur, qui in celesti militia (quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda) statim dux esse desiderat, cum tyro antea non fuerit? & prius velit docere, quam discere assuescat. c. si officia. 59. dist. & dicitur longo tempore, discere, quæ post-*

Vniuersitas super tempore studii non dispensat.

Statutum magistrorum an grammaticalibus, cum non possint immutare.

modum doceas. c. sic iure. 16. q. 1. ne prius sis magister, quam discipulus c. seq. § 1. Estrie 7. dicitur, Esdras parauit cor tuum ad inuestigandum legem Domini, vt faceret, & doceret. & in modico tempore non potest quis multas addiscere gl. in c. cum ex literis. in verb. instructus. de restit. in integr. & ad res magnas & arduas expediendas non sufficit paruum tempus. Bal. in §. naque, in proximo horum. ideo statuitur hic decennium, vt patet in tex.

in vniuersitate a studii generalis b priuilegiata c studuerit d

In vniuersitatibus studendum.

a Vniuersitate) Et sic si studuerit extra vniuersitatem, non sufficit, vt hoc text. quia priuilegia data sunt tam legentibus in vniuersitate, quam discipulis, non domi. vt in proximo decretal. § in proo. sexti. ibi. Bononiensis commorantibus c. ruc. de cler. non resid. nisi tempore pestis domi studuisset, quia tunc perinde esset, ac si in vniuersitate doct. in l. recusare. § fin. cum l. seq. ff. ad Treb. de Riparract. de peste. lausum tradit. tu illum video. & sic facit contra scholares, qui in vniuersitatibus vagantur, & non student, vt non debeant gaudeere priuilegiis. dico tamen latinus in scholastico priuilegio 105.

b Studii generalis) Hæc verba addita sunt vltra pragmaticam, & non sine ministerio, quia vnum quodque verbum nõ est sine virtute operandi. dicit Bal. in rub. C. de contrah. emp. q. 9. ideo si in villis vel castris studuerit, non poterit hoc priuilegio gaudere. gl. in prag. sanctio. in verb. priuilegiata, vt in gl. proxima dixi. Item excludit studentes extra studium generale, etiam si in vniuersitate, vt Auracie. nam ibi non est studium generale, cum nemo ferme ibi studeat, nec legat, ideo priuilegia concessa legentibus & studentibus, non competunt nisi legant, vel studeant in studiis generalibus, & approbatis. Bart. & Alber. in §. hæc autem tria, in proximo fororum. vide rex. in de. dudum. in verb. in studiis autem generalibus. de sepul. § de. tunc. vbi dicitur quod vniuersitates in

Studentes in castris non gaudent priuilegio.

quibus non est competens exercitium studiorum, non gaudent priuilegiis. c. 2. de priuileg. in §. fallit, vt scripsi in cholaribus. priuileg. 24. luuat ergo studere in famosis vniuersitatibus, tum propter doctorum auctoritatem, quæ maior est, & doctores sunt quam in aliis non famosis. tum propter vrbis auctoritatem, vt sic Cic. in proximo offi.

c Priuilegiata) Hoc ponitur ad tollendum illos, qui student vltra montes, vel in alia vniuersitate extra regnum. nam tales, etiam si studuerint decennium, non possunt habere præbendam in hoc regno theologalem. nam illa vniuersitas non est ad hoc priuilegiata, quia non esset bonum fumere panem filiorum vniuersitatum Franciæ, qui ibi studuerunt, & dare exterris, id est, extra vniuersitates regni promittis, & hoc extantibus incolis regni: vide tamen quæ dico in vrb. nominat. in q. 10. Et sic postquam requiritur studium in vniuersitate priuilegiata, ita & gradum, & sic gradus sub bulla non posset habere præbendam theologalem. probatur in §. prefati. Gradus in 2. infra co. & infra dicam superius. Et verbum studuerit in hoc text. positum perfectam actionem significat. l. i. ff. quod quis que in. quali theologalem velit dicere. tex. illi conferatur præbenda obtinet theologalis, qui per decennium studuerit, nõ possit & magister vel licentiatus, aut baccalaureus formatus effectus fuerit in vniuersitate priuilegiata. vide quæ dico in gl. studuerim. § præterea. infra co.

d Studuerit) Debet enim esse ante decennium scipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit. qui minime licet præceptor esse non potest literarum c. 59. dist. gl. in co. in §. ver. quæ habet bo. studuerit. in prag.

Nota nouem requiri ad habendam hanc præbendam theologalem. Primo, quod saltem sit baccalaureus formatus in theologia. Et sic gradus requiritur, nec sufficeret studuisse, nisi haberet gradum. vt in nominationibus dicitur in § præterea. infra co.

Secun-



Secundò, quod in ea decennio studuerit completo, ut supra dixi in verb. per decennium, per illud verbum, & ante gradum, ut infra dicam: & licet facultas Theologiæ conferre gradum alicui possit ante decem annos ex privilegio, tamen hic graduatus non erit capax præbendæ theologalis, ut gl. in d. v. reb. studuerit, tenet, quia sublato vno impedimento aliud remanet. c. mo. de filiis presbyter. in 6. in aliis graduatis vide quæ dico in §. præc. rea. in gl. studuerit. infra ro. Item requiritur quod sit examinatus, alioquin non valet gradus, arg. c. si 34. dist. Barb. in cl. ma. de iur. iur. c. si quis fore. di. dist. scripsi in d. cum rigore examinatus, in §. supra de regia ad r. l. no. 72.

Tertio, quod in vniuersitate studii generalis privilegiata studuerit, nec sufficeret studuisse in villis §. illud. in principio ff. c. de non resid. & supra dixi in gl. studii.

Quarto, ultra gl. requiritur quod illa præbenda consistat in ecclesia metropolitana, vel cathedrali, ibi, in rex. cathedrali, ac etiam metropolitana, ergo si esset in ecclesia collegiata tantum, non procederet licet ex.

Quintò, quod in vniuersitate privilegiata, & non sub bulla promotus fuerit, ut in rex. dicitur, privilegiata, &c. & dixi in eo. verbo.

Sextò, quod in vniuersitate regni, & non extra regnum promotus sit, ut patet in princ. concordato. & in §. monemus. infra eo. dico in tract. nomina q. 10.

Septimò, requiritur, quod onus residentiæ, lecturæ, & prædicationis actu subire velit, ut hoc in text. inferius exprimitur.

Octauò, quod illud onus subire possit, quia si esset inhabilis ad lecturam, utpote mutus, vel aliter imperfectus, non esset huius præbendæ capax. c. cum incunctis. §. inferiora. de elec. c. eximanda. §. qui verò. de præc. ut dicam infra in gl. veli. Si tamen efficeretur mutus, vel alias imperfectus, postquam adeptus est præbendam theologalem, eam non amitteret, per l. cœcus. ff. de iudi. l. §. quamuis. in fi. de postul. l. infanta. C. de decur. lib. 10. l. etiam. 2. ff. de aucto. iuro. quia facilius impeditur promoendus, quam de-

iciatur iam promotus. c. quicumque penitens. & ibi gl. 50. dist. Pan. cons. 47. Nicolaus in i. vol. sed eo casu per substitutum seruire poterit, per no. in l. nemo ff. de duob. reis. & tunc teneretur habere alterum theologum, qui & prædicaret, & legeret, ut ipse tenetur, si reditus sufficerent.

Vltimò, quod semel saltem in hebdomada legat, cessante tamen impedimento legitimo, ut in hoc text. esse multa requisita in hoc theologo, & præbenda, quæ ex text. eliciuntur, no. ea, quia non inuenies sic declarata.

ac onus a residentiæ, b lecturæ

a Onus) & sic onus potest imponi beneficio, vel ex statuto, vel fundacione signi- ficatum, de præb. c. eleuterius. 13. q. 2. Inn. in cap. ni non potest dilectus. de consue. glo. & doct. ut ca. olim. 1. rest. de restit. spol. Et hoc antequam fiat sacrum, quia res non sacra seruitute affici potest, ut in rub. de serui. est videre, sed posteaquam res est Deo dedicata, non recipit seruitutem hominis, arg. l. inter stipulamen. §. sacra. ff. de verb. obli. Ideo parrochiani laici non possunt ecclesiis iam fundatis præficere sacerdotes, nisi in fundacione id sibi reseruauerint. Bal. in c. sacrosancta. col. v. de elec. Et liberatio huius oneris non potest per theologos præscribi, etiam per mille annos, cum singulis sub hoc onere hæc præbenda detur. Et sic omnes qui oneri non satisfaciunt, sunt in mala fide, ideo, non præscribunt, c. vigilanti. & c. si. de præc. regula possess. de reg. iur. in 6. & hoc est onus reale, quod transit ad quæcunque res vadat. d. c. significatum. & ideo non poterit theologus pensionem huic præbendæ imponere: ne duplici grauetur onere, c. si clericus. in fi. de iud. sic fuit iudicatum in senatu Burde. ut referi Boer. in suis deci. q. 226. pensio.

Nota tamen quod onus sine aspiratio- ne scribitur, quia nullus ad id aspirat. ho- nos verò cum aspiratione scribi solet, quia ferme omnes ad illud aspirant. hoc expressè tradit lo. And. Imol. in c. ad aures. de reb. eccl. tant. non alien. Facit rub. C. si seruis, aut libertis. ad decur. aspirauerit lib. 10. & l. Lucius. §. idem.

Onus bene- ficio impo- situm. de præb. c. eleuterius. 13. q. 2. Inn. in cap. ni non potest dilectus. de consue. glo. & doct. ut ca. olim. 1. rest. de restit. spol. Et hoc antequam fiat sacrum, quia res non sacra seruitute affici potest, ut in rub. de serui. est videre, sed posteaquam res est Deo dedicata, non recipit seruitutem hominis, arg. l. inter stipulamen. §. sacra. ff. de verb. obli. Ideo parrochiani laici non possunt ecclesiis iam fundatis præficere sacerdotes, nisi in fundacione id sibi reseruauerint. Bal. in c. sacrosancta. col. v. de elec. Et liberatio huius oneris non potest per theologos præscribi, etiam per mille annos, cum singulis sub hoc onere hæc præbenda detur. Et sic omnes qui oneri non satisfaciunt, sunt in mala fide, ideo, non præscribunt, c. vigilanti. & c. si. de præc. regula possess. de reg. iur. in 6. & hoc est onus reale, quod transit ad quæcunque res vadat. d. c. significatum. & ideo non poterit theologus pensionem huic præbendæ imponere: ne duplici grauetur onere, c. si clericus. in fi. de iud. sic fuit iudicatum in senatu Burde. ut referi Boer. in suis deci. q. 226. pensio.

Nota tamen quod onus sine aspiratio- ne scribitur, quia nullus ad id aspirat. ho- nos verò cum aspiratione scribi solet, quia ferme omnes ad illud aspirant. hoc expressè tradit lo. And. Imol. in c. ad aures. de reb. eccl. tant. non alien. Facit rub. C. si seruis, aut libertis. ad decur. aspirauerit lib. 10. & l. Lucius. §. idem.



Respond. si per accusatorem. ibi, medio tempore honorem appetere. ff. ad munic. Vide quando spiritualia conditionem recipiant per Bal. in c. significasti. de ele.

b Residentie.) Per seipsum. capit. quia nonnulli. de cleri. non resid. ca. e. stirpande. §. qui verò. de præb. & continuo. & ideo non potest habere beneficium aliud requirens residentiam ex statuto, vel consuetudine. si tamē obtineret secundum, per adeptionem illius secundi non vacaret, ipso iure præbenda theologalis, per c. referente. & c. præterea. de præb. quia iura correctoria loquentia in curatis, non habent locum in hac præb. gl. in verbo residentie. eo. xi. in prag. nam quando requiritur residentia ad finem priuationis reddituum tantum, vt hic, tunc per acceptationem secundi non videtur renunciare primo, sed non habebit redditus, quia quo ad titulum nulla est incompatibilitas, sed solum respectu reddituum: ideo per acceptationem secundi non videtur renunciare primo. Im. Ant. & alii in c. si. de cleric. non resid. Et istud est singulare, teste Bar. in cl. gratia. col. ii. in gl. beneficium. de rescr. Et quid si ex statuto iurato teneatur quis ad residentiam, & quod non possit aliud beneficium obtinere, an possit impetrari dispensatio istius statuti? vide per Aegid. de bella mera. in conf. 34. supposito. col. i. vbi tenet quod sic, dummodo ista exprimat, dic vt inferius in ver. quæro. [Sed per adeptionem istius præbendæ videtur renunciare gratiæ ad aliud beneficium incompatible. per cle. gratia. & ibi gl. in verb. beneficium. de rescr. vide quæ scripsi in §. volumus. infra 20.]

Theologus Et hanc residentiam causa voluptatis residentiam non debet deserere. c. significatum. de præb. causa volu sed si vocaretur à superiore, posset discedere. Decius in d. c. significatum. in vlt. not. quia de serat. autoritas superioris semper censetur excepta. c. venientes. de iureiu. c. si. de præb. feudi. luvans sol. alie. per Feder. etiam in iuramento. Ideo si uere non exire quis iurauerit non exire domo per quindecim dies, si citatus à iudice ante terminum exiit, non incidit in perjurium. Spec. in rit. de citatio. §. i. vers. quid si quis. & si scholaris iurauerit non discedere à Lutetia, an-

tequam soluat suo creditori: si iussu patris discesserit non erit periurus. l. si & ibi Alex. ff. qui satisd. cogon. Scripsi in 73. scholasticus priuileg. Et si quis iurauit si luere, non est periurus, si iudex prohibuerit ei, ne soluat, nec incidit in penam, etiam promissam, si fraus non interuenerit. Archi. in c. dixit. 14. q. 5. Alber. in l. si quis id quod. col. 2. ff. de iuris. omn. iud. Fel. in c. const. ius. col. 6. et. amplia tripliciter. de rescrip. Multa scripti in rub. de cleri. non resid. quæ si hic transcribere vellem, lectorem fastidio darem.

Quæro an theologus teneatur peteteli. Theologus centiam, quando discedere vult à sua præbenda? videtur quod sic. c. relatum. de cler. quæstio de non resid. vbi etiam dicit Ioan. And. & Card. sedis potest quod non sufficit eam petere, nisi impetrare teneatur. Resp. petendam esse facultatem discedendi, si copia superioris possit haberi sine periculo personæ, alioqui contra vt potest si in domo theologi vigeat pestis, quia tunc locus & tempus petere facultatem non patiuntur. l. ff. de exerc. actio. Ioan. And. Pan. & alii in d. c. relatum. & cler. non resid. Imol. in c. inter quatuor. illo rit. dicit lex cum non teneri, quidem denunciare non potuit. l. item queritur. §. exercitum. ff. loca. Et si prælatus denegat concedere hanc facultatem, poterit theologus adire superiores, vt illum cogat. c. ex tua. & Imo. in c. si quis de cleri. non resid. arg. c. nullus. de iure patro. vel si iusta causa, vt pestis, ardet, poterit etiam non obtenta licentia discedere, quia vbi periculum est in mora, licitum est spreta denunciatione procedere in opere. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de operis noui. n. c. Facit quod dicitur in c. si. de cleri. non resid. vbi excusatur clericus, qui monitus vt resideat, non reuertitur, si pestis imminet. nam ex causa necessitatis potest omitti consensus eius qui debebat requiri. l. tutor qui. ff. de admi. tut. Fel. in c. cum accessissent. constit. non. 20. & sequi. De Ripa in tract. de peste. fol. 27. vbi dicit esse notandum pro consiliariis, qui non possunt sine autoritate superioris à loco curiæ discedere. l. si quis decurio. i. & ibi Bari. c. de decur. lib. 10.

Et hoc est statutum in ordinat. regni publ. ann. 1530. arti. 129. Rub. de la residentia

que sont tenuz faire mesmelement les officiers
royaux, art. 7.

Et qui provinciam regit, fines eius non
excedat, nisi voti soluendi causa, dum ta-
men abnotare ei non liceat. *l. illud. ff. de
off. praesid. Et inconueniens esse asserit iu-
risconsultus in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig.
iur.* Magistratus temporibus vespertinis
in publico esse, ne ab inimicis, cum plures
regulariter habeant, iniuriam accipiant: &
ne auxilii latio cum opus fuerit ciuibus
desit: sicut *A. duis* in more fuit, vt qui sum-
mum gereret imperium, finibus regionis
excedere non posset: nec tribuno plebis
diem integrum ab vrbe abesse licebat: *re-
ste Alex. lib. 1. gemalium. c. 3.* Vigente tamen
peste poterunt à loco pestifero discedere,
etiam facultate non petita, nec obtemperata à
principe: tamen à curia habere debent, vt
sufusus dicit in *ordina. regis.* Inò Leo quartus
pontif. max cardinalatus honore Anasta-
sium tituli sancti Marcelli cardinalem pri-
uauit, quia contra canones quinquenniū
à parochia sua abfuerat, teste *Baptista. Ful-
go. de dicitis. memora. rub. de seueritat. lib. 6. de
Leone. c. 7.* Et hodie ob hoc possent multi
priuari, quia longiori tempore absunt.

Quæro, à quo sit petenda licentia per
theologum? Videtur quod ab episcopo.
text. in *c. relatum. ibi. de licentia suorum prela-
torum. c. inter quatuor. de cler. non residen.*
Contrarium teneo, quia hic est data facultas
capitulo hunc theologum puniendi. nā
magis interest capituli quam prelati, quia
illi de capitulo audiunt lectiones, quod
non facit episcopus: ideo capitulum hāc
discedendi facultatem theologo concede-
re poterit, & ita seruetur de consuetu-
dine, quæ hodie inoleuit in Francia, nempe
scholastici & alii volentes discedere à
beneficio vel præbenda: nunquā petunt
licentiam ab episcopo, sed à capitulo vbi
etiam studijs obtinent præbendam: si verò obtineāt be-
neficia curata, à nullo petunt licentiam.

Quæro an Papa possit theologum à re-
sidentia dispensare perpetuo? Videtur
quod sic. *cap. cum dilectus. c. ad audientiam. de
cler. non residen. & cum Papa in beneficalibus
habeat plenariam potestatem. cap. 2.*

de præbend. in *c.* non dubitatur, quin possit
super residentia dispensare. Panorm. & dispensare.
aliu in *cap. pen. de cler. non residen.* vbi dicunt
quod solus Papa concedit indulgentiam
super non residendo, cum sit contra ius
commune, & in præiudiciū ecclesiæ
non potest episcopus indulgere. *cap. dile-
ctus de temp. ordinand.* Sed legatus, archie-
piscopus & episcopus bene possunt dare
licentiam non residendi. quia verbum li-
centia, non importat nudam volunta-
tem, sed concessionem ex causa factam.
*Ioann. de Selua, in tractat. de beneficio. in 4. par-
te. quest. 8.* Contrarium concludo, cum
hoc sit concordatum inter Papam & re-
gem, & sic vnus sine altero non potest
concordato derogare, vt supra dixi in præ-
fatio. ad istum titulum. Hoc enim esset &
impedire audire volentes istum theolo-
gum prædicare, & legere, & in dubio Pa-
pa hoc non intendit. *cap. inter cetera. de offi.
ordi. & etiam veniret contra substantiam
actus, quod non potest facere etiam con-
suetudo. gloss. in capit. 2. de consuetud. in 6.
etiam probatur in §. volumus. ibi. præteritus
dispensationis apostolicæ. infra eo.*

Nec Papa contra substantiam actus ali-
quid facere potest actu remanente *cap. cum
ad monasterium. de statu regu. & pro hoc est
text. formalis in vers. nec non. de firma. c.
irreuocabili concordato. stabilita.* vbi dicitur,
etiam per nos & successores nostros, &c.
Istud etiam immutaret statum vniuersa-
lis ecclesiæ Gallicanæ, quod non potest
Papa facere. *gloss. c. doct. in cap. proposuit,
de concess. præben.*

Nec valeret consuetudo, vt iste theolo-
gus possit percipere fructus beneficiorum
in absentia, quia esset onerosa ecclesiis.
*Archidiacon. in cap. sacerdotibus. 31. dist. doct. in c.
cum omnes. de constitut. vbi idem etiam dicitur
de aliis in c. 1. de consuet.*

Fallit in scholasticis, vt habetur in schola-
stico priuilegio. 31. vbi plene scripsi, [& pro hoc
latum fuit arrestum anno. 1553. die 22. De-
cembris, pro Stephano Lestan. contra ca-
pitulum de lafferte aurium, per quod fu-
erunt adiudicati fructus grossi præbendæ
scholastico studenti Aureliæ.] Idem in

**Privilegiū
concilia-
riorum.**

consiliariis parlamentorum, qui etiam grossos recipiunt fructus in absentia, ut asserit fuisse concessum ad hoc privilegium regi Franciæ. Boër. in decision. Burdega. quek. 17. [hoc privilegium concessit Clemens 6. pontifex summus cuius bullæ transcriptum est. in libr. antiqu. ordi. fol. 60. in Parlamen. Parisi.] & in intimo regis consilio fuit idem iudicatum pro domino Mattheo. regis consiliario Parisiens. anno 1539. die 25. Martii. Imitetur ergo theologus Moysen & Aaron, qui indefinenter in tabernaculo domini erant. cap. vlt. 26. distinct. Imò etiam si theologus resideret per alium, non haberet distributiones quotidianas, tum quia residentia debet esse personalis, tum quia per alium seruiendo non satisfacit iuri. Calder in consil. vno. de cler. non residen. nam inter artifices est lata differentia. l. inter ff. de soluen. intellige ut in gloss. studuerit supra eo. dixi, & an valeat consuetudo non residendi. vide Præpositi. in c. sacerdotibus. 31. distinct.

Arrestum.

Et quando theologus non residet, ut alius beneficium habens, præsumitur iniuste abesse, absens enim à loco, ubi residere tenetur, iniuste præsumitur abesse. capit. fin. de eo qui mittit. in poss. ff. caus. rei seruand. Panorm. in cap. fin. §. porro. ut lite non contest. Idem in marito, qui ab vxore est absens, ut docet Barr. per illon tex. in l. si eum. §. ex iusta causa. ff. de iudic. liber. Etiam dicitur illi, si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei forniciandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ, & abstinentiæ. cap. si tu abstines. 27. que. 2. Hoc tamen non procedit in scholasticis, ut scripsi in scholastico priuil. 33. ubi abundantius vide, & de priuilegio dato alicui, ut possit percipere fructus, qui residentibus dantur, quod is non possit recipere distributiones quotidianas, quæ tantum his, qui interfunt diuinis, dantur. vide in cap. vno. de cler. non residen. in 6. Et multi resident in ciuitate qui diuinis non interfunt. nor. doct. in

Compositio cap. licet de præbend. Sic expresse docet Castado. de non resi. in decision. unica de cler. non residen. Ideo fidenter non ut non valet consuetudo non residendi, valet. ut superius dictum exiit, ita nec transla-

tio, nec compositio, vnde fuit reprobatâ compositio facta inter canonicos, & vicarios de Lesar super non residendo, anno 1537. die 14. Martii.

& prædicationis & actu

a **Prædicationis.**) Prædicatio, est Prædicatio Dei manifesta commendatio, vel instructio, quæ in sermone, vel in scriptura, vel in instructione patet. Matth. 4. Cæpit Iesus in synagoga prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, &c. Et inter cætera, quæ ad salutem populi Christiani spectant, pabulum verbi Dei quam maximè sibi noscitur esse necessarium, quia sicut corpus materiali, ita anima spiritali cibo nutritur: eo quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, cap. inter cætera de offic. ordin. [& officium prædicationis est valde priuilegiatum, cap. quod Dei uocem. in fin. de statu monach.]

Quæro quid debeat theologus prædicare? Resp. declarari 2. ad Timoth. 4. cap. habet ubi dicitur, Prædica uerbum, scilicet Dei. Act. 17. cap. habetur. Prædicabant uerbum Dei. & 4. cap. ibidem dicitur, Loquebantur uerbum Dei cum fiducia. enim credendum. 10. q. 3. §. cap. antecessor. n. q. 3. unde dicit B. Greg. Papa. in cap. fraternitas. 31. q. 10. Est enim uerbum Domini, uerbum, forte & durabile, & immutabile & peruersabile, non momentaneum, non transitorium, dicit enim, Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Et est quasi cæmen musicum, quod sua uocibus, & sono canitur. Ezech. 33. c. in fin. Vel uerbum, id est Christum, ut dicit apostolus. Nos prædicamus Christum. 1. Cor. 1. c. 2. ad Cor. 4. non enim uosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, & Marci. vlt. Euntes prædicate euangelium omni creature. Debet insuper prædicator loqui oportune, ne tacenda proferrat & proferranda taceat. c. su rector. 43. dist. Itē dicitur Iusta opportune, id est suauiter. Psal. 19. Quam dulcia faucibus meis eloquentia tua. Ecclesiast. 3. c. Omni negotio

tempus est, & opportunitas. ideo vt alter Orpheus allicere debet homines, & quandoque instare importunè, & seueriter. inde dicitur *Esaie 58.* Clama, ne cesses & *Hieronymus. i. c. in fi.* Surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum. Et hæc prædicatio debent tendere ad Dei commendationem. *Daniel. 3. cap. in fin.* Placuit ergo prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.

Secundo, debet prædicator concludere ad carnis macerationem, vt *2. Paralip. c. 20.* Prædicauit ieiunium in vniuersa Iuda.

Tertiò, ad clementiam debet prouocare. *Esaie 61.* Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clauis apertionem, &c.

Vltimò, debet inducere ad gloriæ imitationem. *Luc. 9.* Misit illos prædicare regnum Dei. Et hic prædicator debet prius facere, & postea docere, exemplo Christi. *Act. 1.* Et dicitur *Marci. i. c.* quod Ioannes erat in deserto prædicans baptismum penitentiae ad denotandum, quod qui vult prædicare, debet in deserto penitentiae macerari. alioqui dicit *Greg. in homil.* Cuius vita despiciatur, restat vt eius prædicatio contemnatur. *consilia. in fi. 3. q. 7.* Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris? *Paul. ad Roma. 2. cap.* Alioqui si bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris. *c. mult. 11. 40. dist. 11.* Et talis dicitur non theologus, sed theomachus, cui præbenda non est conferenda.

Nam prædicator est rectam viam dirigens, vel dirigere debens, non ex circuitibus, vt in simili dicit *rex. in l. non solum. §. an. ff. de exc. iur.* Inò prædicator existens in peccato mortali, si concionetur, peccat mortaliter. *c. quid est hoc. §. cap. cum exaudieris. §. ibi. Præposit. 50. dist.* Quomodo enim potest præses ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit, aut qua libertate peccantem corripere possit, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse, quæ corripit. *cap. primum itaq. 25. dist.* Nec etiam sufficeret vita sine scientia, propter multos errores qui quan-

doque oriuntur ex defectu scientiæ. *Par. per illum rex. in c. inter cetera. in 4. not. de offi. ord. c. nisi. de renunc. rex. in c. qui ecclesiasticus. §. hinc. etiam. 30. dist. vbi prius veritas tacendo dicitur, & postea loquendo prædicatur, vnde Christus apostolos prius docuit, & postea ad prædicandum misit, vt ibidem patet, & in euangelio *Marci. c. vlt.* Prædicare euangelium omni creaturæ.*

Et hæc duo quando concurrunt in vno bene actum est in illo, vt in magistro nostro *Picardo* doctore theologo *Parisi.* non minus sanctitate vitæ, quam eruditione commendato. Deus eum nobis logæum, & vtilitatem animarum quarantem (vt solet) præferuet.

Et possunt prædicare in ecclesiis & extra etiam in plateis communibus sine licentia, sed in ecclesiis parochialibus non possunt prædicare, nisi licentia petita & obtenta à parochialibus sacerdotibus. *de dudum. §. nos aut. de sepul.* Locus tamen aptior ad prædicandum est ecclesia. *Ioan. 18.* Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt. Et *Luc. 19.* Erat quotidie docens in templo. In domibus quis non possit prædicare, ne oriatur suspitio hæresis. *c. cum ex in uncto. de heret. §. ibi. in occulto locus sum nihil.*

Et isti theologo debent esse clerici, alioqui prædicare non possent. *capitul. sicut. ben. præ. de heret. vbi laico prædicandi officium prohibetur, quia eis interdicitur actus spiritali, nec rituales, vt est prædicatio, & decimarum perceptio. capit. decimas. 16. quæst. 7. ac beneficiorum collatio. ca. si quis deinceps. ibidem. les. actus & electio. capit. quisquis. §. ca. massana. de elec. qui sunt. & recipere resignationes. ca. quod in dubiis. de renunc. ac oblationum perceptio. c. quia. §. seq. 10. q. 1. denique causarum ecclesiasticarum cognitio. capit. 2. de iud. tam per viam iudicii, quam compromissi. ca. contingit. de arbit. alia ipsis prohibita doct. tradunt. in d. c. 2. imò laicus prædicare præsumens sine licentia superioris excommunicatur. *text. in cap. excommunicamus. 1. §. quia verò. de heret. & alia pœna arbitraria punitur. clem. vlt. in prin. de præ. §. remis. tamen non requiritur sacer. ordo. licet gloss. teneat contrarium, quæ re-**

Primo fa-
cero postea
dicere de
hæ prædi-
cator.

Quil de
hæ prædi-
cator.

Neccia re-
quiritur
in prædi-
cator.

quæ reprobatur in cap. ad iudicium. 16. quæst. 1. Panorm. & Imol. in cap. dudum. 1. de election. quamuis theologi Paris. nullum recipiant ad gradum theologiæ, nisi sit in sacris. Item prædicare prohibetur mulier, quamuis docta & sancta sit. c. mulier. 23. dist.

Accepi prædicari quæ esse debeat.

Cuius ætatis debeat esse hic concionator, vide in cap. presbyter. 78. dist. & decem à quibus cauere debent prædicatores, per Flor. in 3. parte summe. tit. 18. cap. 4. & septem modos prædicandi. cap. seq. * ubi licet Christus in 30 anno prædicare inceperit, tamen Io. Baptista, Ezechiel, Hieremias, Salomon, Io. Euangelista, & Paulus à Domino in adolescentia, & iuuentute, electi sunt, ob id ratione ætatis si quis bonus aliàs, & doctus fuerit, non debet à prædicatione prohiberi. doct. in cap. secundum. 19. dist.

Ex quibus causis verbum prædicationis auferatur.

Aliquando tamé auferitur verbum prædicationis.

Primo, propter improbitatem, seu indiscretionem. Ecclesiastici 20. cap. Ex ore fatui reprobabitur parabola, & cap. ad iudicium. 16. quæst. 1.

Secundo, auferitur verbum propter indignitatem, vt David, Quare tu enarras iustitias meas? cap. insames. in fin. 3. q. 7. & dicit gloss. super illo vers. non auferas de ore meo verbum veritatis: obmutescit facundia, si ægra sit conscientia.

Tertio, propter insufficientiam. Hier. 1. Ah domine nescio loqui. cap. in scripturis 2. quæst. 1.

Quarto, propter audientium malitiam taceat prædicator. ne det sanctum canib. & ne mittat margaritas ante porcos, qui conuersi conculcent eas. c. quando. n. q. 3.

Quinto, propter timorem persecutionis, vt Petro contingit, qui timore persecutionis negauit Christum. propter hoc tamen tacere malum est. Archid. in cap. nolite. col. n. q. 3.

Et intellige hic lecturæ & prædicationis, diuersis diebus, non vno die. vt postea declaratur.

Et quis istum prædicatorem non habentem theologalem præbendam alere teneatur? vide per de Ripa in lib. 1. Resp. c. 15.

in fin. & in cap. inter. de offi. ord. per doct. & per Bald. in cap. quoniam. ibid. [Vbi dicunt ex pensis curati, cum ipse prædicare debeat, alendum, nisi esset consuetudo in contrarium, & nisi redditus curæ tenuis essent.

& tunc prouidebit populus de expensis prædicatori, cum alimenta ipsi tantum præstanda sint, non pecunia, vt notant Imo. & alii in cap. cum voluntate. de sent. excom. nec valeret consuetudo in contrario, nisi amore Dei illi fieret donum, non pro labore prædicationis. Panorm. in cap. suam. de sumo. de Ripa. in 15. resp. quia gratis acceperunt, gratis dare debent. cap. gratia. & per totum. 1. q. 1. & hoc modo solet in Francia fieri, ideo qui aliàs potest idoneè viuere sine prædicatione, nihil debet recipere, & ita seruat concionator egregius. D. Picardus doctor theologus, & decanus in ecclesia S. Germani Auliffiod. Paris. Decem de nouem priuilegia prædicationis habet, que docet Hostien. in cap. quod Dei timorem. de statu mona. & hoc refert Monto lo. in verb. prædicare. in fin. in suo iuris promptua.

subire voluerit a

a Subire voluerit.) & potuerit. ca. extirpande. §. qui vero. & c. super inordinata. & cap. graue. de præb. cap. fin. ibi, voluerit, & potuerit. in princ. 16. quæst. 1. & cap. cum in cunctis. §. inferiora de elect. cap. cum prohibere. in princ. de clandest. desp. cap. post electionem. in fin. de concess. præb. cap. excommunicamus. 1. §. fin. de in. heret. c. quia propter. & cap. ecclesia. 2. de elect. & in euangelio. Si vis potes me mundare. vnde non iussiceret, si vellet, & esset ignorans. vt tenet Io. de platea, in l. grammaticus. c. de profes. & medi. lib. 10. c. quia. ibi, & tunc si voluerit, non tamen valuerit. de concess. præb. & c. post electionem. in fin. ibid. licet magnam habuerit animam, vt nobiles & locuiales: alii verò sunt, quorum animus est stricti iuris, resp. Bolog. cons. 37. licet alius. col. 7. verb. corroboro.

Et isti non sunt boni oratores coram principibus, quum animus illis deficiat, vt dicitur de Cicerone orante pro Milone, & etiam D. Budæo quandoq; contigit, & Alciato Auenione, licet excellentes viri fue-

fuerint: non sufficit igitur si fuerit mutus, aut aliis imperfectus. *c. si rector. ibi*, sacerdos ergo si prædicationis sit nescius, quàm tibi clamoris vocem daturus est præco mutus? nec sufficeret posse, si nollet. *c. ad hæc primo. ibi. potest si voluerit. de appe. l. ex relationum. ibi.* hoc se posse affirmant, sed effice-re contradicunt, *de cler. non resid. l. 1. §. si quis adit ubi possit. si poterit. ad Tertul.* Unde dicit philosoph. quod duo sunt ex quibus humanorum actuum constat effectus, videlicet voluntas & potestas: quorum alterum si desit, nihil est quod explicari queat. *Bal. in c. cum contingat. n. 10. col. 4. de iureiu. & in l. cum te. col. 1. c. de don. ante nupt. Barb. cons. 123. scripti in princ. in 4. vol. inter cons. Ale. vbi dicit, ad tollendum statutum, voluntatem & potestatem necessaria. & per hoc dicit Bald. in c. ex parte. col. 2. de consti.* quod voluntas debet esse concreta actui, qui debet perfici. abstracta enim voluntas, id est separata, & per se, quæ reperitur in anima, non perficit actum, utpote possum adire hæreditatem, & volo, tamen voluntatem meam non applico alicui actui verbi vel facti, non efficior hæres. *l. paruit. C. de iure delib.* Non tamen distat fecisse à concepisse, quantum perfectum ab imperfecto, & quantum semen quod est reconditum in horreo, quod non fructificat ab eo, quod est seminatum in agro. abortum enim facit intentio, si conceptum suffocet in utero, & non producit in lucem unde hanc voluntatem mentalē nunquam exeuntem in actum, abortiuam dico partus abortiuū similitudine *l. qui si mortui ff. de verb. sig. l. quod certum. ibi. si vivus ad orbem totus processerit. C. de posth. hæred. inst. hæc sunt verba Bal. in consilio. §. hisina. in vers. sed in contrarium. col. 3.*

Voluntas igitur hominis, quæ non deducitur ad dispositionem, censetur abortiva, sicut in posthumo, qui licet sit in utero conceptus, si tamen non sit perfecte natus, dicitur abortivus. *Bal. in l. 1. n. 32. C. qui admittit. l. 1. cons. 22. in q. col. 2. in 3. vol.* Vnde Jurisconsultus in *l. in omnib. reb. ff. de act. & oblig.* his verbis: In omnibus rebus, quæ dominium transferunt concurrere oportere affectus

ab utraq; parte contrahentium. Nam nisi animus utriusque consentit, perducitur ad effectum, id quod inchoatur, non potest. Sic Papa sola voluntate non confert præbendam, nisi ultra procedat, & transeat ad actum dispositivum, unde dicit *Bal. cons. 326. Rex Romanorum. col. 2. in 1. vol.* quod tria canonicant omnes actus, scilicet potestas, voluntas, & modus. Nam sine potentia nihil ad actum deducitur, & sine voluntate nil consensu perficitur, & sine modo nil in finem suum dirigitur. & dicit *Bal. in l. omnes verbum. col. 2. C. commu. deleg. vel duo requiruntur, quæ canonicant omnes actus, voluntas, & legis auctoritas: nã vbi non assistit iuris potentia voluntas inanis est. Bal. in l. nolle. per illum tex. ff. de acq. hæc. Et si Bal. in l. cum testamentum. C. de iur. & facti igno. dicit tria necessaria, voluntatem, potestatem, & scientiam: sed potentia scientia comprehendit, ut tenet *Dec. in c. cum super 4. nota. de offi. deleg. Alibi dicit tex. in cle. 2. §. 1. de relig. dom.* Eligendos esse qui sciant, velint & valeant, quæ notes.*

Vel intellige tex. subire voluerit, id est, voluntariè subierit, & non coactè, prout exponit *gl. in l. ff. de rer. diu. vbi dicit, qui voluerit transcendere muros, id est, voluntariè transeenderit, & facit ad statutum, quo cauetur, quod qui voluerit corrumpere mulierè, capite puniatur: quod debeat intelligi, id est, si voluntariè corruperit. Secus si mulier eum coegerit. Bar. ibi & *Deci. in regula. non vult hæres esse. ff. de reg. iur. & per hoc defendit à morte vnum, qui voluit aliquem necare veneno. Fr. Cremenf. sing. 49. defensauit, &c. quia dicebat statutum, quod qui venenare voluerit, capite puniatur. gl. in l. ibi, voluerit arbitrari. i. e. voluntariè fuerit arbitratus. ff. de leg. 2. gl. in l. si in verbo voluit. C. de codicil.* Et pro hac expositione consonat verbum actu subire voluerit. *gloss. in casti diligenti, in verbo purgare voluerit, cum effectu dicit gl. de foro compet. Barb. cons. 21. preclare col. 3. & cons. 23. col. pen. in 2. vol.* Prior tamen expositio magis videtur convenire textui.*

Et an collatio facta alicui si voluerit, sit

B B b b

Tria cano-
nicant om-
nes actus, s.
voluntas, po-
testas &
modus.

Expositio
ad verbum
voluerit.

Voluntas
sine actu non
prodest.

Collatio si
voluerit an
fit conditio
nalis.

conditionalis, tex. in l. si ita §. illi si poter. ff. de
lega. 1. decidit quod sic: & sic expressè tenet
Anch. in cle. vna 6. not. de concess. preb. & ibi
Bonif. num. 4. dicit necessarium extare
conditionem per declarationem voluntatis, & ante illam declarationem gratia
est conditionalis, ob id theologus satis dicitur
declorare voluntatem suam, si requirat præbendam theologalem sibi conferri,
quæ transit cum suo onere, vt supra dixi in
gl. onus. vide gl. voluerit, in extrauag. vna. ne se
de vacante in communibus, quæ docet quot
modis declaretur voluntas. vide ibi si te de
lectet.

quique a bis aut semel ad minus b singulas hebdomadas impedimento e cessante legitimo,

a Quique bis aut semel) Resertur tam ad magistrum quam ad licentiatum, & baccalaureum formatum, vt saltem semel in hebdomada legere teneatur, & postquam alternatiuè hic tex. loquitur, theologus erit electio, etiam in alternatiuè iuris. in quibus verba parti diriguntur, & hic §. in quicunque C. de ser. fug. l. 3. ff. de eo quod certo loco. doct. in c. mior. de reser. cum etiam hic diem non exprimat, arbitrio theologus relictus est. l. 3. ff. de iure del. Et de hora idem, nisi dies & hora iam consueti fuerint: quia secundum consuetudinem regi debet hic theologus, cum legem soluere non debeat, sed adimplere: exemplo Christi, de quo in Euangelio. Math. 5. c. Non veni soluere legem, sed adimplere. Et quamuis non astringantur hic nisi semel in hebdomada legere: tamen ex bono & æquo, vt ignorantibus instruat, tenetur quanto frequentius potest. argu. c. significatum, de preb.

Arbitrio
theologus
inquiritur
quo die le
gere velit.

b Per singulas hebdomadas) Etiam si plura essent festa in hebdomada, & si vellet legere singulis diebus vnus mensis, vt computaretur per totum annum, non putaretur sufficere arg. illius emphiteote, qui vult censum soluere pro pluribus annis, vt dominus non teneatur recipere, si detri-

mentum patiat. In l. 2. q. 22. nu. 63. C. de iure emph. allegando Spec. in tit. de loca §. nunc. Purgare aliqua. q. 42. Et si non legerit in vna hebdomada, poterit purgare moram, antequam per capitulum puniatur, quia quando dies apponitur à lege, & pœna ab homine, vel contra, tunc admittitur purgatio moræ. gl. in c. licet canon. in verbo priuatus de elect. in 6. Ang. & alii in l. si insulam. ff. de verb. obl.

c Impedimento cessante legitimo) Idem dicitur in c. commissa. de elect. in 6. §. in c. cupientes §. in super. ibid. cle. vt ii qui de aia. §. quali. Legitimum impedimentum dicitur morbus fonticus. [L. Poinpo. in prin. de pro. Legimus cur. non leuis febricula, seu vetus quartana. l. que sciam ff. de re iud. §. c. a. l. audientiam in qua d. pa. de cler. non resid. c. eos. de sent. ex. in 6. Nihil est impedimento ad studium, cum quilibet morbus etiam leuissimus studium facile impedire soleat, quod sacri animo fieri debet §. si in provento iustis. sacri. c. in l. tum. 3. q. 6. feratere etiam nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes seruire nobis, propter adueniam valetudinem impediunt, verba sunt iur. consulti. in l. cum heres §. stichus. ff. de statu lib. & nedum morbus sui corporis excusat. l. qui cum vno. in ff. de re milibus. ff. de iur. ni parentum §. affianum. ca. si episcopus ad diff. sed etiam morbus suorum. gl. in c. communitis. 22. dist. Alex. & las. in l. 2. §. si quis §. si quis cau. Et sui dicuntur quo ad hoc vti ad quartum gradum. Bal. in l. petronian. C. de aduo. diuer. in d. Barb. conf. 28. de iur. iur. in l. col. 3. in 2. vol. gl. & doct. in c. requisisti de exla.

Item pelvis dicitur legitimum impedimentum. ca. ad supplicationem. de venia. ex parte. in 1. de app. l. sed sciendum. §. seq. ad Trebel.

Præterea bellum. gl. in verbo. guerrarum. de autoritate sacri concilii in prag. Bal. in conf. 45. lara. in 3. vol.

Item si erat in carcere. Bal. & alii in l. 2. ff. de in ius voc. §. l. 2. §. fuisse. de cust. reo. Alex. in d. l. que situm.

Item quando is locus in quo legabat, non erat tutus propter inimicos, quibus nullus tenetur se exponere, etiam cum si-



teris de saluo conductu. c. accedens. 2. vt lice
conest.

Item si sit pro ecclesia impeditus, vel
medicinam illo die sumpserit. c. vno. §. qui
vero. de ele. non resist. in 6. Et ibi. Perus. Alia im
pedimenta an sint legitima, relinquuntur
arbitrio iudicis, & boni viri. gl. in c. si quis
insto. de elect. in 6. tex. Et ibi no. in c. sciscianus.
de refer. Non esset tamen legitimum impe
dimentum, si theologus esset in seruitio e
piscopi aut archiepisc. seu cardinalis: quia
esset ecclesie detrimento. c. pe. de ele. non re
sist. quamuis alius regulariter censeatur
professus, qui est in seruitio episcopi. ca. cum
dile. §. sic. a laud. de iur. de cler. non resist. gl. in
prag. 20. tit. Et verbo. Requiritur tamen quod
hoc impedimentum sit inuitabile. c. 2. Et
ibi doct. de resist. c. sciscianus. ibi. aut cuiuslibet ne
cessitatis articulo impediendi. de res. scrip. nam im
peditus non excusatur, quando potest
remouere impedimentum, cap. si de elect. l.
quibus. in p. in. ff. de conlat. Et demonst. Idem
propter aliam necessariam causam. l. si. C. de
proxi. sac. cri. lib. 12.]

Theologus
in seruitio
episcopi ex
cuius no. ex
ca. aut.

Theologus
impeditus
non debet
seruire per
substitutum.

Quero an durante impedimento legi
ti. no theologus debeat seruire per substit
utum, vel eo sano teneatur sarcire? Vide
tur quod sic, per l. nullus qui. in fi. C. de decur.
li. 10. Et in samalo probatur quod teneat
ur seruire tanto tempore quanto non po
tuit seruire. gl. Et Bart. in l. si no. §. item cum
quidam ff. locat. huff. decisio. Tholof. q. 359. Con
trarium est verum, tum quia electa est in
dustria theologi, & inter artifices & lecto
res lata est differentia. l. inter artifices. ff. de
sol. tum etiam, quia quando quis impedi
tur casu, non tenetur dare substitutum. l.
matriculam. in fi. C. de agentib. in reb. li. 12. Et l.
fi. de proximis sacros. scriuo. eo. l. Et gl. Et Bar.
in l. §. diuus ff. de var. Et extraord. cog. Et hoc
probatur in hoc tex. sumendo argumen
tum a contrario, videlicet quod theolo
gus tenetur legere ad minus semel in heb
domada cessante impedimento. ergo si sit
impedimentum, non tenetur, & sic non
per se, nec per substitutum, nec eo sano te
nebitur sarcire, cum legere tempore infir
mitatis non teneatur, & sic perit obligatio
pro illo tempore sicut periret per interi

tum speciei in obligationem deducta. l.
quod te. ff. si cer. per. Et l. si ex legati. de ver. obli.
gl. in prag. sanct. in rub. qualiter hanc cano. iun
dicit. in ver. synophando, quod intellige qua
do impedimentum esset temporale, secus
si perpetuum, quia tunc, ne utilitas publi
ca pereat, debeat seruire per substitutum,
per ea que dixi supra eo. in gl. studuerit. Sic di
cimus in proutio per resignationem, qui post sex me
obitante legitimo impedimento non po
tuit bullas prouisionis habere infra sex post ad
mensures, vt non obstantem regula 24. cancel. pisci.
possit post eam adipisci possessionem et
iam non habita protestatione, & talis re
manere debet illatus. no. in propriis terminis
Ariol. in add. ad Guillel. in c. pe. de ele. in 6. quia
impedimentum excusat per supra dicta.

Si vero steterit per mensularium seu ba
querium, qui erat obligatus dare bullas in
tra duos menses alicui, & non dederit, ob
id ille perdidit beneficium, condemnabi
tur mensarius ad interesso, quod non po
test esse minus, quam valor beneficii amil
si, nam si centum libris singulis annis vale
bat, tantum dabit mensularius, illi, quousq;
procurauerit beneficium similis valoris
conferri iusti per c. inter. de preb. l. locum. §. con
demnatio. ff. de tab. exhib. Ita fuit dictum in se
natu, anno 1525. Quero quis teneatur pro
bare impedimentum? Resp. qui alleg. l. 2. dumentum
& l. quousq; §. qui dolo. ff. de prob. Et ibi addidi. Et quomo
Et l. actori. C. illo ti. Item quero quomodo do probare
impedimentum possit probari? Resp. tex. possit.
in l. vlt. §. alud. ibi. euidentissimis probationib. C.
de temp. ap. & sic per testes. quod fallit qua
do impedimentum non posset per testes
facile probari, quia tunc probabitur per
iuramentum, & hoc arbitrio iudicis relin
mo Parisien. fuerint publicata, & in mense
Martio. Et notandum est. quod per pra-
gina. tertia pars graduatis debebat confer-
ri hoc modo. nam duæ partes i lius tertie
conferebantur nominatis, & tertia illius
tertie conferebatur graduatis, vt dicitur in
§. in super. Et in §. item placuit. de colla. in pra-
gina. Et quia ista tertia & tertie, tertia in-
certe erant: Ideo fuit statutum per Lu-
do. 12. Francie tum regem. artic. 3. rubri.
des graduez. quod collatores ordinarii & pa-
troni ecclesiastici describerent in vno li-
bro omnes collationes per ordinem vt ter-
tia pars posset liquidari, quem librum te-
nebantur collatores ordinarii exhibere, &
graduatis, & nominatis, tamen quia mul-
tæ fraudes fiebant per collatores, ideo fuit
hic expressius declaratum per menses, vt
sequitur, & est iusta & æqua declaratio,

quamuis nominari congerantur, dicen-
tes se debere tres menses habere, & gradu-
ati vnum tantum, sicut habebant per pra-
ginas partes: sed quia ita placuit principi-
bus, & illis placere debet. & maxime, quia
in mensibus graduatorum simplicium nomi-
nati possunt gratificari, quia graduati
sunt, ideo nil est, quod conferri possint.

Post presentium acceptationem.
Hoc ideo dicit, quia lex vel dispositio prin-
cipis non recepta, nec moribus vtentium
approbata, non ligat subditos, si non fue-
rit obseruata sciente & tolerante principe.
gl. sing. reputata in cap. 1. in verbo, frangere de
creuzã & pace. in similibus tamen in sum. 24. qu.
1. quam ibi not. doct. & Alex. conf. 6. in 1. vol.
& consil. 132. ibidem. Et consil. 39. in 3. vol. Item
si reciperetur à minori parte, & non à ma-
iori, quia etiam non ligat. Paruom. in c. quã
circa de consang.

Nec requiritur consuetudo præscripta
per decem annos, sed sufficit simpliciter
vñs contrarius. c. cum volum. de cle. conng. §.
1. dist. 4. quia superior videtur eam legem
tacite tollere, ex quo scit contrarium ob-
seruari, & patitur. Arer. cons. 11. procelandum
col. pen. Roma. cons. 512. quo ad primo m. infra.
& supra in prefatis. huius tit. dicit. & Bauer.
in §. 1. col. 3. de rest. facit gl. in c. de lib. lib. 20.
dist. vbi ecclesia Orientalis non recepta
nones de continentia clericorum, tamen
propter hoc non incidit in hæresim, nec est
peccatum mortale. text. in cap. denique. infra.
4. dist. plene. Aufrer. in v. opt. de. 1. not. de
off. ordi.

Sic Galli, qui constitutiones buriales Galli con-
Papa non receperunt, non male receperunt. huius
per pre d. Et ita etiam Benedi. in repet. cap. Ray. buriales
narius. in verbo, & vxorem, non. 233. Et seq. de negotiis
testan. cum leges ex alia causa nos non te-
neant, quam quod iudicio populi recepte
sunt. verba sunt iurisperiti in l. de quibus ff.
de legibus. & quia alia fuerunt concordata,
de quibus supra dixi, quæ non fuerunt à po-
pulo recepta, ideo conditores dixerunt. Concordata
hic, post publicatione, & acceptationem, non erant
& ex ordine prius publicantur, quam ac-
ceptentur in a. h. & facte non est consil. in prim.
colla. §. sed hic voluit text. quod acceptari
debet

debent eo tempore, quo publicantur, vt nullum tempus superfit à tempore publicationis.

Diems concordatum non receptum, hoc probare debet

Et quando quis impugnatur concordata, vel aliquem. §. non esse receptum, hoc debet probare, quia hæc negatiua est fundamentum suæ intentionis, quo casu qui facit fundamentum in negatiua, tenetur eam probare. *Bar. in l. pen. §. docere. per illum text. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. Dec. cons. 534. procedendo. numer. 9. & quia præsumptio est quod sit receptum, & exceptio à reo est probanda. l. 1. C. de proba. l. in exceptionibus. ff. illo vit. Scripsi abundantius in tractatu. meo exceptio. vide plenè Guille. Bened. in reper. capitul. Raynuitius. in verbo & vxorem. num. 229. & seq. de test.*

Si tamen in vno articulo non fuerint recepta, vt in hac vniuersitate, quia tempus studij sigillatur sigillo facultatis, si vniuersitas postea velit statuere, quod concordatum obseruetur, valebit istud statutum, per no. in c. ex literis de consi. nisi hoc statuerent in præiudicium alicuius facultatis, vel iam nominatorum. *per tex. in ca. quum omnes. de consi. nec possent omnes facultates vna contra dicente hoc statuere. per no. in c. cum accessissent. de consi.*

& earum publicationem a præfati ordinarij collatores, dignitates b personatus c, administrationes d, a Publicationem.) Et sic ante publicationem ligabat concordatum, vt in aut. *vt facta noua consi. in prin. coll. 5. & publicatio quæ fuit facta in curia, attendenda est, quando factæ sunt plures. Card. in proemio cle. in fi. dixi in repe. l. vnic. not. vlt. C. de senten. quæ pro eo quod interest. nec sufficit publicationem fieri in curia, sed requiritur quod fiat in qualibet prouincia, vbi seruari debet. §. 1. vt facta noua consi. Al. 2x. consi. 181. in causa. col. vlt. in 6. vol. & cons. 52. in causa. col. 1. in 7. vol. Et constitutio statim facta publicatione ligat scientes, ignorantes verò non nisi lapsis duobus mensibus l. fin. ff. de decre. ab ordi. faciend. c. 1. nec obstantes. de concessio præb. in 6. gl. & ibi Dom. & Perus. in ca. cum singula. de præb. eo. lib. Bar. in c. 2. fo. 12. nu. 61. cum seq. de constitut.*

Que publicatio ar. noni de hoc.

quia tunc præsumitur scientia, ideo allegans ignorantiam postea eam probare debet, secus ante duos menses. *Bonif. in pro. em. cle. m. §. pen. in fi. & quando dicatur publice aliquid fieri, vide per gl. in cle. 1. de sepul. & per Calca. cons. 77. col. 5. Et de publicatione testium, qualiter fiat, & ex ea quis effectus producat, tradit Spe. in tit. de teste §. satis vtiliter. Et nouem ex quibus instrumenta publicatur, idem Spec. in tit. de instru. edit. §. breuiter commemoremus. & §. ostenso.*

b Dignitates.) Ecclesiasticas, tam regulares, quam seculares, vt infra patet, quia indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de ele. in 6. intellige collatiuas non verè electiuas, vt infra dico. & supra in verbo omnium dignitatum. istæ tamen dignitates in ecclesiis cathedralibus regni non debentur, nisi non debentur canonicis illarum ecclesiarum ex consuetudine, vt dico latius in 15. q. tracta. nomina. nu. suetudine 38. vers. 22. Ideo oportet quod nominatus nisi canonicus faciat se in illa creati canonicum ad illum effectum, videlicet obtinendi dignitatem, vt patet in rubrica de referuatio. supra. §. vltimo. nam vniuersitates non possunt derogare priuilegiis, statutis, & consuetudinibus ecclesiarum, nec alius etiam legatus. *gl. in c. pro illorum. de præb. Et si potestas nominandi concessa vniuersitatibus sit, non tamen derogandi priuilegiis ecclesiarum à Papa confirmatis. Et dignitas est quædam præminetia in ecclesia cum iurisdictione, vt in c. de multa. de præb. vbi dixi. & notandum est, quod dispensatus vt obtinere possit dignitates, non censetur dispensatus, vt habet episcopatum, vt not. in ca. si de filiis presbytero. & cap. 1. eod. tit. in 6. Sic consuluit Decius consi. 442. in replica. incipien. vt præsupposita. post Pan. in c. dilectus. de concessio. præb. per illum text.*

Dignitates suis cathedralibus regni non debentur, nisi non debentur canonicis illarum ecclesiarum ex consuetudine, vt dico latius in 15. q. tracta. nomina. nu. suetudine 38. vers. 22.

Dispensatus in ecclesia cum iurisdictione, vt in c. de multa. de præb. vbi dixi. & notandum est, quod dispensatus vt obtinere possit dignitates, non censetur dispensatus, vt habet episcopatum, vt not. in ca. si de filiis presbytero. & cap. 1. eod. tit. in 6. Sic consuluit Decius consi. 442. in replica. incipien. vt præsupposita. post Pan. in c. dilectus. de concessio. præb. per illum text.

c Personatus.) Est quædam prerogatiua in ecclesia sine iurisdictione, dum habet stallum in choro honorificum præ aliis. *Panor. in c. de multa. de præb. Domi. & alij in c. 1. de consuetu. in 6. Bal. in ca. dudum. 2. colum. 4. de electio. Ioannes de Selua in tracta. de beneficio. in 1. parte. q. 2. vers. sed beneficiorum. & cap. gl. in verbo personatus, in extrauag. excommunicabilis in ex.*

Quid sit personatus.

DDdd

tra communibus. & adhuc in multis ecclesiis
linguæ occitanæ vulgo vocantur persona-
tus, vt Bituris audiui.

Et personatus non est dignitas, si pro-
priè sumatur. teste Oldra. conf. 150. in ecclesia.
col. 2. Secus si largè, quia tunc sunt syno-
nyma, & sunt tanquam genus & species.
Domin. in d. capit. 1. per capit. cum accessissent. de
constit. [vide text. in cap. ad hæc. de offic. vica.
vbi aliter accipitur, vt dixi in praxi benefical.
post prim.]

d *Administrationes.*) Largè sumi-
tur, vt comprehendat prioratus, & alia be-
neficia, quæ etiam nominatis & graduatis,
si in tempore præstituto, vacans, debentur.
text. & ibi Card. q. 6. in cle. 1. de rescript. c. 2. de e-
tat. & qualis. & intelligi secundum propriæ
personæ condecensiam, & conformita-
tem. §. volumus. infra. eo. nisi sit prioratus
conuentualis, & verè electiuus, qui ad no-
minationem regis pertinet, vt tradit. tex. in
§. monasteriis. supra. de regia ad præl. nominat.
facien. vide Imol. in cle. vna. col. 2. nu. 14. de suppl.
neglig. prela.

& officia a ad eorum collationem,
prouisionem, nominationem, præ-
sentationem, seu quamvis aliam
dispositionem, vt præfertur, spe-
ctantia, graduatis huiusmodi, qui
literas suorum graduum cum tē-
pore studij debitè insinuauerint,
conferre b teneantur c. Benefi-
cia d verò e quæ in duobus se-
quentibus f mensibus vacare cō-
tigerit, illa iuxta iuris communis
dispositionem personis idoneis g

Quid sit
officium.

a *Officia ecclesiastica.*) Ecclesiasticū
autem officium, est administratio rerum
ecclesiasticarum sine iurisdictione, vt sa-
crista. c. 1. de consuet. in 6. Ioan. de Selua, in tract.
de benef. in 1. parte. q. 2. multa scribunt doct. in
rub. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. & in rub.
de offi. deleg. Ioan. Francis. in tract. de offi. & po-

testate. c. sede vacante. in 2. preclud.

b *Conferre.*) Ergo pro se retinere be-
neficia vacantia episcopus non potest, vel
alius collator, sed ea conferre tenetur, vt
hic. arg. c. si. de instit. c. per vestras. de iure par. ita
tenei Berrachi. in tract. de episcopo, lib. 4. 2. par. 15.
q. 24. nec poterit creare vicarium, qui sibi
conferat, quum idem sit cum episcopo. c. 2.
de consuet. in 6. Sed collatores procurant ha-
bere vicarios à Papa, qui eisdem conferat,
quod non seruant regnicolæ, ne sibi omnia
beneficia diæcesis episcopi retineat, quod
est iuri exosum. not. in c. relatum. de prob. &
in c. non indiscretè. de procur. & de pen. illo. nu. 15.
not. in c. 1. de offi. vica. in 6. vbi not. episcopus
posse creare vicarium cum potestate sub-
stituendi, & is substitutus à vicario poterit
conferre beneficia vicario: quia videtur
institutus ab episcopo, à iure episcopi con-
ferre, non vicarij substituentis: parus enim
refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo
negotium dedit. text. in l. item. §. 1. quod cano-
que vniuer. sinom. fac. c. is cui. de offi. deleg. in 6.
Fel. in c. post cessionem. col. vii. de probat. scripsit
abundè de his vicariis in praxi benefical. par. 15.
post principium.

c *Teneantur.*) Necessitatem impo-
tat. gl. in §. in super. de collatio. in prag. dicitur
pra in §. 1. in gl. debeat. & in gl. teneantur. col. in
& si quis præcisè ad factum non tenetur. l. in
si quis ab alio. ff. de re iud. cum similib. tamen
non procedit de æquitate canonica. c. qua-
liter. de pact. Pan. in c. per tuas. de arbit. penes.
col. pen. de iure iur. vel quando quis ad factum
ex legis dispositione tenetur, tunc præcisè
cogitur. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff.
quod metus caus. Bar. & alij in l. stipulationes
non diuiduntur. q. 8. ff. de ver. oblig. ne legis dis-
positio ludibrio sit. arg. l. si §. vbi aucton. c. de
bon. que lib. Alioqui si collator aliter quam
hic statuitur, conferat, prouidetur in §. 1. q. 1.
& in §. 1. infra. eo. Et intellige secundum tem-
pus iuris, videlicet vt patronus clericus in-
tra sex menses præsentare debeat. c. vno. de
iure par. in 6. & collator intra sex menses
conferre. c. 2. de concess. prob.

d *Beneficia.*) Largè accipitur, vt in c. Beneficia
postulasti. vbi Fel. post alios de rescript. & in re-
quisit. 15. q. 15.

si sumi
deos.

gula prima de reg. iur. in c. rex in c. olim. de verb. signi. l. ar. in q. 9. tract. nomi. dixi Barb. in c. abbatem. col. 5. ibidem. rex. in c. cum liberum & ibi. gl. de sepul. quod est verum quando exprimitur in iure, vel constitutione: secus in impetrationibus quæ sunt odiose. Card. in cle. si Rom. de præb. loa. de Selua in tract. de benef. in 1. parte q. 3.

dicto ve
niquid si
gustica.

e Verò.) Adversatiue ponitur, tam in iure quam in facto. l. si cum filius ff. de donat. §. vendic. in sti. de rerum diuis. Et sic vult dicere text. quod ordinarij collatores tenentur conferre beneficia vacantia. in primo mense graduatis: beneficia verò quæ in duobus sequentibus mensibus vacare cõtigerit, liberè conferre possunt, idoneis tamen vt sequitur.

Menses in
mensibus
quomodo
compu-
tur.

f Sequentibus mensibus.) Intellige de mense Maij & Iunij, & hic dicimus computari menses, prout sunt constituti, non per triginta dies, vt in c. quàm su. Et ibi gl. de elect. in 6. Card. in cap. licet. de suppl. neglig. præl. Computabuntur tamen à media nocte vltima Iunij, vsq; ad mediam noctem vltimæ mensis Iulij, argu. l. more Romano. ff. de inferiis. & infra dico in tractat. nomina. q. 15. Menses verò in mandatis apostolicis sic computantur, videlicet à die tertia mensis primi, vsque ad tertiam secundi: vt si mandatum præsentetur die 20. Ianuarij, finietur mensis 20. Feb. Bar. & alij in l. cum bis sextus. ff. de ver. sig. Dec. in l. vbi lex. de reg. iur. Et sic mandataris acceptare poterit beneficium vacans 21. Februarij. Quod est notandum, quia fui de hoc sæpius interrogatus, & infra in forma mandati apostolici plenius dicam in verbo mensem.

Idoneis be-
nificia cõ-
ferri debet
non con-
sanguineis
ignaris.

g Idoneis.) Etiam de iure communi idoneis beneficia sunt conferenda, non inhabilibus, vel consanguineis signaris. c. graue. de præbend. c. ex parte. Et ibi Card. q. 2. de consuet. cap. ad decorem. de instit. extrauag. ad regimen. de præbend. in extrauagan. communibus. gl. in §. 1. in verbo idoneis. de colla. in prag. ca. is cui. de præb. in 6.

Conferens
indignis

Inò conferentes indignis, tenentur ecclesie, quam læserunt, ad interesse, si infe-

riores à Papa fuerint: ad similitudinem ad interesse magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commisit: tenetur enim, si contra indignum tutorem malè administrantem non potest præsumi pupillus habere regressum. l. 1. ff. de magist. iur. ac pec. conuenien. Bonus de Curtili in tractat. de nobilit. cat. in 3. parte. numer. 193. allegat Petrum de Anch. in cle. 1. in vltim. notabili de ætate & qualitat. Fel. in cap. si quando. colu. 4. num. 7. de rescri. & nihil est quod magis officiat ecclesie, quam quod indigni ad regimen ecclesiarum assumantur. c. nihil. de elect. ideo peccat mortaliter conferens indigno, vel eligens scilicet indignum: tum quia graue est in expertos Dei seruitio applicare. ca. monasteria. 19. q. 3. gl. penult. in cap. ad apostolicam. de reg. tum quia domino suo est infidelis, committens indigno eius ministerium, contra id quod dicitur in Euangelio, fidelis seruus & prudens, &c. Nam hoc vergit in detrimentum ecclesie, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur. & melius est habere paucos bonos & vtilis, quàm multos inutiles. c. tales. dis. pe. de eta. & qual. Arch. in c. si quis episcopi. 1. q. 1. Floren. in 3. parte summe titu. 20. c. 2. §. 2. in conferendo & tit. 22. c. 5. §. 18. rub. de potesta. Pape in cler. vide quomodo electores teneantur de mala administratione indigni. per gl. in verbo, auctores. c. 1. §. quoniam. de elect. in prag. Et talis præsumitur conferens, qualis is cui confertur. c. tantis. in fi. si distin. [facit ca. & hoc duximus. in fi. 15. q. 7. & is dicitur idoneus, qui valet administrare. c. 2. de concessio. præbend.]

Et sic fauore conferentes, vel non permittentes ecclesias iuste ordinarij, vt sacrilegi, iudicandi sunt. c. Sunt quidam. 1. q. 1. Et hodie bene multi reperirentur, quibus potest dici, Deus ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sciunt autem postea, cum ob hoc in inferno perpetuo cruciabuntur. Quotusquisq; hodie collator est, qui bonos & doctos quærat? Deus nouit, ne plura. [Nā boni & docti hodie ferè mendicant, & ignari omnib. beneficiis onerati sunt. Ideo nescio quid dicè, nisi quod paucos credo bonos, quia similes diligerèt, & tamen bonos ferè videmus omnib. priuatos bonis, dicam cum psalm. Deus conferuet eos, &



beatos faciat eos in terra, & non tradat eos in manus inimicorum eius, quippe apud quosdā collatores plus valent preces mulierum, & malorū, quā iustorum, quod dolendum inferimus.]

Idoneus quis dicitur, etiam per dispensationem.

Quis verò dicatur idoneus, supra eo. in *pres. ad istum rub. declaravi.* Et nota quod idoneus etiam dicitur is, qui per dispensationem est effectus quamvis naturaliter attento iuri communi non esset habilis, nā quando factum ciuilitur operatur eūdem effectum, quem factum naturaliter, sufficit factum ciuilitur. *l. si. §. si. ff. manda. l. si mater. C. de institut. §. subq. Bal. in l. si. de iis qui ven. etia. impetra.* Et quem esse idoneum ad beneficia, non procedit à natura, sed à iure, ergo sufficit verificari per iuris fictionem, & principis dispensationem, vt *expres. tener. Dec. conf. 542. pres. supposita. col. 2. §. in c. Ar. si clerici. §. si. in fi. col. pe. de iudi.* quod facit vt collator etiam possit istum dispensatum gratificare. Nam paria sunt, vt aliquid fiat ex priuilegio, vel iure communi. *tex. in l. liberos. §. ibi pulchre Bal. C. de colla. Dec. conf. 609. queritur. col. 2. licet conf. 609. visa donatione. n. 17. §. seq. teneat contra, sed ista consilia vix mihi persuadere possum Decij esse, quia à stilo illius deuiant, vide & iudica.*

Dispensatus an possit gratificari.

libere a conferre, seu personas idoneas ad illa presentare teneantur. Beneficia autem quæ in quarto mense vacare contigerit

a *Liberè.* Id est, sine alicuius contradictione. *ca. irrefragabili de offi. ord.*

Quot modis sumatur dictio liberè.

Secundò, liberè dicitur sine metu. *glo. in §. sinoniaca. in verbo liberè. de elect. in prag.*

Tertiò, liberè dicitur, id est, non vocato aduersario. *c. i. de homicid. in 6. & sine requisitione. c. de multa. notab. 4. per Pans. ibi. de prob. Calder. conj. 6. rub. de reli. domib. 4.*

Quartò, liberè ex mera voluntate, exponit *gl. in cle. vt ij qui. de era. §. qualis.*

Quintò, liberè, id est, de iure communi. *glo. in cap. lator. de homicid. quam singularem dicit Barba. conf. 3. clemensium. col. 4. in 2. vol. §. in tractat. de prestan. Card. in 3. quest. 1. parus. numer. 24. col. 4. ca. 1. vbi Bald. §. alij de rescrip.*

Sextò, liberè, id est, sine sententia. *Do. 22. q. 1. dicit dominus. §. c. de ill. s. de sponsa. §. Barb. in addit. ad Pan. in c. si. de adult.*

Septimò, liberè non petita licentia. *cle. dudum. §. si verò idem prelati. de sepul. cap. cum plures. de offic. deleg. in 6. c. a. decens. eo lib. ca. §. ibi Pan. de loca. c. statumimus. de regul.*

Octauò, liberè id est, sine dispensatione. *c. à multis. §. ibi Card. de era. §. qualita. gl. in cle. vlt. illo rit.*

Nonò, liberè, id est, sine pacto promissione, seu conditione illicita, vel transactione. *tex. §. ibi Ioan. Mon. exponit in c. vno. de re. perm. in 6. §. glo. in ca. dudum in verbo, liberè de preb. eo lib.*

Decimò, liberè, id est, prescriptione vel appellatione, non obstante. *gl. in c. de cons. in 6.*

Vndecimò, liberè, dicitur sine canonica solennitate. *tex. §. ibi Barb. in ca. si. col. 2. de feud.*

Duodecimò, liberè, id est, sine metu periculi, exponit Decius *conf. 131. reuocatus. in prin. & liberè etiam exponitur non expectato sine mensis 10a And. in c. si apostolica. §. ibi Perus. de preben. in 6. vel liberè, id est, sine qualificatione. §. consanguineis supra de rega. ad prela. nomina fac. vbi dixi. vide *tex. in c. qui nos. de testa. vel sine superioris auctoritate. cle. si. §. ibi gl. de iur. patr.**

Decimotertiò, liberè, id est, gratis. *ca. ad apostolicam. de Sino.*

Vltimò dicitur liberè, id est, sine impedimento, & contradictione. *glo. in cap. ordinarij, in verbo liberè. de offic. ordam. in 6. Franc. Cur. conf. 2. V. asalbus. col. 1. conclus. 3. post tracta. feudorum Barb. in c. i. col. 4. de rescrip. Et in tractat. de prestan. Card. in q. 3. 1. parus. mon. 24. vel purè & sine conditione. *glo. in verbo liberè. cle. vna. de venun. hoc tamen verbum restringitur secundum alia iura. gl. in ca. cum nobis olim. in verbo, liberam, de elect. Deci. in capitul. reprehensibilis, notab. 2. de app. §. per hoc intelligitur. §. declarantes. in verbo, liberè. in. prox. infra.**

Nec obstat verbum teneatur, quod importat necessitatem, vt supra dixi, & tamen hic dicitur liberè. Responde quod collator idoneis teneatur conferre. *c. de mul. in 6.*

multa. *Et e. graue. de preb.* Sed liberè, id est, etiam non graduatis, dummodo idonei sint. Et liberalitas est in cui conferendo, *ve dicitur gl. in c. relatum. de preb. Et ca. quamuis. in i. illo tit. in 6. vel in genere eligendo. Cald. conf. 2. rub. de rer. permitt.*

conferre possunt e. p. scopi nepotes vel filii idonei. Et an verbū liberè importet ipso iure plenè de more scribit Egregius senator D. Andreas Tiraquellus in interpretatione. l. si vnquam. in verbo reuertatur. non. in *Et sequen. C. de reuocatio. donatio.* Et si libertatem habeat conferendi, tamen debet conferre iuxta iuris dispositionem, *ve dicitur hic text. ideo poterit conferre suo nepoti, si aliud canonicum non obstat. c. dilecto. Et ibi Panorm. in i. notab. de prebend. imò etiam propriis filiis, vel aliis consanguineis idoneis. gloss. Et doctor. in cap. 1. de coh. cleric. Et mulier. [ca. episcopus. 10. quest. 2. vbi Card. Et ca. deceter. 89. distin.] Dec. consil. 129. Panorm. in cons. 96. Iesus. in 2. volum. Et patronus proprium filium poterit presentare. Pan. in c. quia clerici. Et c. consultus de iure patron. quia potius tenetur suis subuenire, quam extraneis, ceteris parib. *c. non satis. 86. distin.* Nemo enim presumitur habere carnem suam odio. *ca. non est in mens. 13. q. 2. eo. prohibetur conferre consanguineis, ne per illos ecclesie lædantur, sed si idoneis conferat, cessat illa causa, ergo & constitutio. Arch. pulchrè. in c. omnino. in fi. 10. quest. 2.**

Episcopi sunt cæci circa nepotes. Hodie tamen episcopi sunt cæci circa nepotes. *gl. in c. peruenit. 1. q. 3.* Ita vt hodie armum dextrum (id est, pinguius beneficia) habeant. & adultores, vt *Leui. 7.* c. ille de filiis Aaron, qui sanguinem, vel adipem obtulerit, habebit armum dextrum in portione sua. Ille dicitur offerre adipem, qui suauiter vngit, vt adulator. Et ferè omnes sacerdotes vocant filios suos nepotes, sed intellige nepotes fratrum. Et quomodo verbū liberè restringatur ex natura actus, ponit Fel. in c. causam. 2. col. 12. n. 2. *Et seq. de ref. viris graduatis a per vniuersitatem nominatis (qui gradus & nominationis literas cum studii tempore debite insinuauerint) con-*

ferre seu presentare teneantur. Beneficia verò quæ in quinto & sexto mensibus vacare *b* contigerit, simili modo personis idoneis liberè conferre, seu personas ad illa presentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerit, graduatis, qui simili modo literas cum tempore studii debite insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia verò quæ octauo & nono mensibus vacare contigerit, pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa presentare teneantur. Beneficia autem quæ in mense decimo vacare contigerit, graduatis, nominatis, literas cum tempore studii debite insinuauerint, per eosdem ordinarios conferri, seu ipsi ad illa presentari debeant. Beneficia autem quæ vndecimo & duodecimo mensibus vacare contigerit, per eosdem ordinarios personis idoneis iuxta iuris communis dispositionem conferri, seu ipsi ad illa presentari debeant,

a Viris graduatis. Et sic antequam nominatis sint conferenda beneficia, requirantur sequentia. Primum quod sit vir, & non mulier, *ibi viris*, licet mulier abbatissa vel priorissa possit esse. *ca. indemnitate. de elec. in 6.* non tamen possunt ei concedi nominationes, de quib. hic. quia vir excludit mulierem. *l. ff. de leg. 1. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. l. 2. de vestib. olober. lib. 11. Et l. si pater. in fi. de fideicom. liber.*

Nisi subiecta materia conueniat etiam mulieribus, tunc non excluditur mulier, vt testificari. *per text. in cap. licet vniuersis de*

est. *Dec. in c. 2. de fide instrum. tex. in c. 1. de præsumpt. Sed non conuenit hæc materia mulieribus, ergo eis non conceduntur nominationes.*

Secundò, quòd in vniuersitate studuerint priuilegiata ad hoc, & sic, non in vniuersitate extra regnum. *¶ supra eod.*

Tertiò, quòd post studium sit graduatus, *ibi graduatus, dixi supra eodem. in verbo graduatus, & in §. præterea. in verbo studuerint. infra eod.*

Quartò, quòd sit graduatus ab vniuersitate, & non sub bulla, *ibi per vniuersitates, &c.*

Quintò, quòd sit nominatus, *ibi, nominatus, &c. & §. volumus. infra eod.*

Sextò, quòd post tempus præstitutum sit nominatus, *infra eod. §. præterea. non ante, alioqui ei non prodest.*

Septimò, quòd sit nominatus, ab vniuersitate regni, & graduatus, non ab vniuersitate extra regnum, de quibus hic non loquitur, *pater in §. monemus. infra eod.*

Octauò, quòd sit nominatus per vniuersitatem, & non per facultatem, *ibi, per vniuersitates, &c. & dico in tractat. nominatio. quest. 6.*

Nonò, quòd præsentauerit literas gradus & nominationem cum certificatoriis literis temporis studii, *ibi, qui gradus & nominationes, &c. Et literas attestationis nobilitatis, si sit nobili. §. teneantur. infra eod.*

Decimò, quòd debitè & legitimè præsentauerit literas suorum gradus, & nominationis, & alia necessaria, seu insinuauerit, videlicet tempore quadragesimæ: *vt in hoc text. debitè & infra eod. §. teneantur.*

Vndecimò, requiritur quòd beneficiū vacet, antequàm possit acceptari per nominatum, *vt in hoc text. ibi, vacare contigerit.*

Duodecimò, requiritur quòd nominatus beneficiū vacas petat. *§. teneantur. infra eod. & prosequatur. §. si. infra eod. & his cõcernentibus nominatus poterit beneficiū requirere, & sibi conferri petere. Alioquin non prosequatur, nec inanibus sumptibus vexet, cum obtinere non speret. arg. l. i. ff. de inoff. test. & sic summam vides requisita in nominatis, quæ ne oportet.*

b Vacare contigerit. Beneficia enim ante vacationem conferri non possunt. *¶ vacare quando beneficii dicantur.* *de concef. præb. fallit, vt per Card. in cle. fi. q. 3. de præb. videlicet in canonicatu, de quo dixi supra in prox. §. si. Et dicitur vacare beneficiū propriè quando ecclesia priuatur sponfo. Imol. in clem. vlt. num. 32. de rescript. & aliis modis quos tradidi in gloss. vacantibus. §. monasteriis. supra de regia nominatione. Et intellige quando vacauerit verè, secus si fictè, quia verba debent intelligi verè, & non fictè. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Barol. & alii in l. 1. §. i. ff. ad l. Falc. Verba enim debent intelligi secundum naturalem intellectum, & non fictum. *Dec. cons. 461. vlt. a donatione. col. 3. vide Soc. cons. 260. in causa. col. 8. vlt. in casu. vlt. in 2. vol. Bald. & las. in l. Galbus. §. & quid si. ff. de lib. & posth.**

Et ideo si legatus vltima die Iunii, vel in mense Iulio contulerit beneficiū coram eo resignatum, derogando regulæ de viginti diebus, si resignans moriatur ante viginti dies, & in mense Iulio affecto nominatus, non debetur hoc beneficiū nominato, tum quia beneficia causa resignationis vacantia non debentur eis. *§. volumus. infra eod. siue resignatio fuerit facta causa permutationis, siue simpliciter, vt ibi dicitur. Tum etiam quia factum legitimè non debet retractari, licet peruenerit ad causam, à quo incipere non potuit regula. factum legitimè. de regul. iur. in 6. nec debet destitui qui ritè fuit institutus. ca. quæritur de iure patr. Et maximè quando actus fuit perfectus & consummatus, vt est in hoc casu. Bar. & alii in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni. iur.*

Et per illum text. dicit las. in l. non dubit. col. 2. not. 4. c. de leg. Quod quamuis lex civilis non posset obligationem naturalem tollere, postquam est in esse deducta per Iulianus. ff. de cond. inde. potest tamen impedire, ne oriatur, sic & legatus potest impedire, ne beneficiū debeat nominari, licet postquam esset debitum, non posset eisdem tollere. *vide pulchre. Bah. in c. at si clerici. col. pen. nu. 24. de iud. Dec. in reg. in ambiguis. §. i. ff. de reg. iur. [laso. plenè. in l. fin. ff. de pac.] & postquam legatus potuit de-*

rogare illi regulæ apostolicæ, ergo iure cõ- tulit, & sic illa collatio valida nõ debet re- tractari: nam postquam est derogatum illi regulæ, habetur ac si facta non eilet.

Nec dicitur præiudicare nominatis, vel in fraudem illorum facere, qui derogando regulæ fecit, vt ipsi nominatis non acqui- reretur. arg. l. qui autem. ff. que in fraud. credi. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. nec enim videtur voluisse fraudare edictum, qui sibi prospicit. Vbi in m. l. si pu- pillus. in i. ff. de acq. her. nec præiudicium di- citur aliis facere, qui iure suo vitur. ca. di. e. et. is. de off. leg. §. ibi. Card. per illum text. Ancha. cons. 101. col. pen. Fed. cons. 9. Barb. cons. 66. col. 5. in 4. vol. Dec. cons. 260. nam in multis casibus po- test præiudicari alicui in acquirendis, quod non fieret in acquisitis. l. seruus. §. ibi addidi. C. de pact. c. vi. super. de reb. eccl. non alie. Hippol. sing. 19. 4. in 3. Franc. Curius cons. 1. nu. 22. vol. 2. & Auffer. in dec. Tholos. q. 150.

Nam itarutum laicorum potest facere vt non acquiratur ecclesiis, vel clericis: multo fortius legatus, vt non acquiratur qualificatis. las. in repe. l. filius. §. diu. i. le- ctura. nu. 8. ff. de leg. 1. & secundum istam opi- nionem fuit in hoc supremo senatu iudi- catum, Anno 1536. die 13. Maii, contra ma- gistrum Radulphũ Thabary theologum, pro magistro Florentio Parmentier super beneficio curato S. Medardi le grand. rubr. diocesis Nouionen.

Quasi non posset legatus derogare re- gulæ illi de 20. dieb. collatio interim esset in pendenti, quod est à iure alienum, regu- la actus legitimi. de reg. iur. & nil prodesset ei- dem legato quod sua maior esset potestas, quam ordinarij, si non posset in mensibus, vel iuxta menses præfatos nominatis vel graduatis conferre, & regulæ prædictæ derogare. nam si Papa posset eam tollere in totum, & ergo & pro parte eidem dero- gando, tam per se, quam per legatum: quia resignatione admissa per legatum casuali- ter & fato quodam cõtigit, quod resignas moriatur ante 30. dies, ergo illud non de- bet considerari. rex. in l. quasitum. §. fin. ff. de leg. 3. Bald. expressim in l. oleo, per illum text. C. de vsur. Dec. cons. 523. alias. vers. 2. & in hac sen-

tentiam inclinat D. Boer. in trac. de dign. leg. fol. 27. vers. sed hic cadit fufius probarem: sed tanti autoritas senatus sufficiat. Tamẽ in hoc casu non dicitur etiam fictè vacare per mortem, cum iam sit prouisum, & re- gulæ cancellariæ derogatum. Secus si re- gulæ non esset derogatum.

Nec obstat quod paria sunt aliquid fa- cere tempore inhabili, vel habili, & confer- re in tempus inhabile. l. in his. ff. de here. inst. l. quod sponse. C. de don. ante nup. quia loquitur quando effectus conferuntur in tempus inhabile: vt dono quando eris vxor, sed in resignatione admissa per legatum tempo- re habili, effectus non contertur in tem- pus inhabile, quia statim collatio valet, ideo siue resignans moriatur, siue non, te- nebit collatio facta per legatum, declarat Pan. in c. licet. de viranda de elect. & ca. de vxore. de sepult. Boer. in §. de consuet. matr. in consuet. Bituri. postquam derogat regulæ de viginti diebus.

Et quid si testes actoris dicant resignan- tem fuisse sanum die resignationis, & tes- tes rei deponat illum infirmum, quomo- do poterunt concordari? scripsi in trac. de prob. testium. in verb. concordia testium. vers. 19. Et an legatus de latere possit derogare re- gulis cancellariæ sine speciali concessione. not. doct. in c. quod translationem. de offic. leg. D. Boer. in d. trac. de digni. leg. vbi concludit quod sic, sed hodie expressim solet conce- di, & nominatim, vt vidi tempore legatio- nis domini legati de Prato, alia in Francia vix reciperetur.

Nec refragatur quod legatus non po- test conferre beneficia vacantia in mensib. nominatorum aliis quam nominatis, fac esse, sed istud beneficium verè vacabit in mense non affecto graduatis, nec nomi- natis, ideo rectè potuit legatus conferre: imo si vacasset in mense Iulio per resigna- tionem, potuisset legatus conferre, & etiã in aliis mensibus nominatis vel graduatis præstituris. §. volumus. infra eo.

In quantum tamen supra dixi, quod hic text. non extenditur ad vacationem fi- ctam: intellige nisi eadem ratio per omnia esset in casu ficto, quæ in casu vero, tunc etiam

Legatus non regulis cancellariæ possit derogare.

Fictus casus quando comprehendatur.

directum.

Legatus re- gule de- dictis de- rogat.

etiam haberet locum in vacatione ficta, arg. c. ad audientiam. Et ca. cum dilectus. de cler. non resit. Et ibi per doct. Et in l. gallus. §. Et quid sit tantum. ff. de lib. Et posth. Nam etiam statuta concernunt casum fictum, quando fictio est circa id quod est iuris, & in quo statuentes habent potestatem. Bar. in l. simarius. in 2. §. ff. ad leg. lul. de adul. Card. conf. 60. incip. quia glous. col. 3. Bar. Et alii in l. omnes populi. in materia extensio. restrict. ff. de iustit. Et iure Alber. Brunus. in tract. de statutis excludentibus feminas. in 6. art. q. 1. in 4. membro. Et quæst. 2. arti. 12. & sic deberetur nominato beneficium resignatum in mense Decembris, per legatum collatum, si resignans ante viginti dies moriatur in mense Ianuario, & non sit derogatum regulæ, quod est notandum. Et intellige textum propter verba generalia, quando etiam vacaret de iure, licet non de facto, quamvis verbum vacare in rescriptis simpliciter prolatum, intelligatur de vacatione iuris & facti. tex. in c. cum nostris. Et ibi doct. not. de concess. preb. Domi. conf. 86. in causa. col. 1. Fel. in c. in nostra correla. 36. vers. 7. not. de resc. [Imò etiam beneficia vacantia in mensibus præstitutis qualificatis eis regulariter debentur quomocumque vacent, quos modos expressi in §. monasteris. in verb. vacantibus supra de nominatione regia. unde cum beneficium per non promotionem vacasset in mense Julio, & ordinarius id temporis nolisset conferre, sed in mense Augusti, dixi deberi nominato non obstante collatione per ordinarium facta, per istum §. qui dicit beneficia quæ vacare contigerit: ergo quæcumque vacabunt, & quocumque genere vacationis.] Et quid si vacet per regulam cæcella. 34. ibi dicam in praxi beneficiis in explicatione illius regulæ.

§. SI QVIS VERO.

Hic §. duas continet partes. Prima dicit, collationem factam contra ordinem iam dispositum, esse nullam, & voluit ad proximum superiorem. Secunda, præcipit immediato superiori, ut eiusdem qualificatis conferat, qui si contra venerint, ad alium superiorem fiet devolutio, donec ad sedem apostolicam fiat, 2. est ibi, qui eis.

dem. Et hoc loco summe est.



Iquis a verò cuiuscunque b status etiam si cardinalatus c.

a **Q**uis. Comprehendit etiam feminam habentem collationem iure ecclesiæ, ut patet per hoc verbum quis, quod complectitur tam masculos quam feminas. l. i. vbi scripti. ff. de verb. sign. l. si quis id quod. de iuris d. omn. iudic. Et dixi in q. 8. res. ta. nomina. num. 9. licet femina non possit ordines sumere, impediente sexu & constitutione ecclesiæ, c. sacras. 23. dist. & si sumeret non reciperet characterem gl. in cap. diaconissam. 27. q. 1. Card. in clem. 2. de elec. Et qualiter Panor. in ca. no. u. de poen. Et remiss. De. in reg. femine. num. 41. ff. de reg. iur. Tam quia mulieri non licet deferre coronam, c. quæcumque. 30. dist. quam gestare debent clerici. c. duo. de cler. coniug. in 6. c. duo sum. 12. quæcumque etiam quia est sub viri potestate, ideo non potest recipere ordinis characterem, qui præminentiam significat, quæ non potest esse in hoc statu subiectionis, eo quod præcepto male fuit vta, & ideo subiecta. Genes. 5. Et c. est ordo. Et cap. hoc imago. Et c. mulierum. 33. q. 5. Benedici tamen mulier potest, ut officium spirituale legendi, forte in matutinis habeat, teste Soc. in c. ad audientiam. q. 5. princ. circa finem. de homic. Vide Rotam decis. 2. quædam. de preb. in antiq. Felin. in c. cum venerabilis. num. 36. de excep.

b **Cuiuscunque status.** Ecclesiasticis, ut in sequentibus declaratur, siue ergo fuerint cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, patroni, vel alii inferiores collatores, hic comprehenduntur, etiam capitula ecclesiarum, ut supra dixi. Et supra in 8. q. tract. nomin. quibus dirigi possint nominationes, & c. non tamen Papa, ut in sequenti dico.

c **Cardinalatus.** Ideo expressit, quis præcipua dispositio quantumcumque generalis, si sit minus odiosa, non comprehendit superlativam, vel prælativam maximam seu maiorem expressis. c. sedes dicit. cardinalatus scrip. etiam non comprehendit caput. l. est. si non est. C. de aqua ductu. lib. 11. quædam ad hoc allegat per Panor. Bar.

Barb. in rub. de reb. eccles. non alien. col. 18. num. 99. Et cle. 2. in fin. de procu. Et cap. quid agendum illi. Nec comprehendit Cardinales. cap. vno. §. omnem de schismaticis. in 6. cap. 2. de cler. non resid. Et ibi not. doct. Et an. in ca. excipian. de §. qui vero. in repe. col. 8. mon. 25. de preb. cons. luit. Anb. cons. 295. Et dico in d. q. 8. Rom. cons. 498. in casu. col. 1. Barb. plenè in tract. de prest. in cardin. q. 7. part. 1. Et in c. in nostra. col. 2. Et seq. de rescrip. multo fortius Papa etiam non comprehenditur. Ideo regulæ cancellariæ, quæ annullant gratias, in quibus verus valor non est expressus, nõ habent locum in gratia facta Card. Dec. in ecclesia not. 4. de constit. colum. 7. Fel. in c. ad aures. num. 11. de rescrip.

Nisi factum esset de se malum, quia tunc cum grauius peccet ille, qui est maior, cõprehenderetur. cap. homo. 40. dist. gloss. in ex. tra. u. in verb. clericos. de sent. excom. in communi. Dom. in c. in e. col. 1. de elect. in 6. refert las. cons. 17. in causa. col. 2. in 4. volu. Quando dispositio generalis concernit bonum publicum, vel anime utilitatem, aut periculũ, tunc etiam comprehenduntur Cardinales. refert Gomfio in comment. reg. cancelli. de viginti deb. q. 3. Et vide cum in proximo earum regula. q. 4. Et sunt, vt ex ordine literæ apparet, maiores episcopis, & patriarchis, officio & administratione, & si ratione ordinis episcopus sit maior presbytero, vel diacono cardinali, & propter hoc Papa se appellat episcopum, vt in proemio decret. & alibi hoc tenet Barb. in tract. de prest. in cardina. q. 1. part. 1. Fel. in rub. de maior. Et obedien. colum. 5. Et in ca. quod super. in fin. de fide instrum. Decius plenè in cap. c. uia venerabilis. not. primo. de excep. Et cap. ad presentiam. de appell. gloss. in rub. de numero Et qualic. cardin. in pragm.

Nulla di-
gnitas ma-
ior est cor-
dinalatu.
Hodie curia Romana tenet, quod nullus dignitas sit maior cardinalatu, cum ipsi cardinales vnã cum Papa iudicent omnes, nec possunt iudicari ab alio, quàm à Papa, & suis collegis. ca. nemo Et sequent. 9. quest. 3. Hostien. Et Ioan. And. in cap. dilectus. 1. de preben. Et ponendo pileum super caput delinquentis, cardinalis potest liberare eum, qui ducitur ad mortem. Bald. in l. addictos.

C. de epis. aud. Conser. in sing. in c. Cardinalis. Fal- lit in crimine falli. Barb. in trac. de prest. card. 109. q. 1. part. 1. in 7. per lex. sing. in l. Lucius. ff. ad Turpil. a.

Quod non seruaretur in Francia, vbi nullus extra regem gratiam concedit, nec crimen remittit, sed hoc fortè fuit tempore quo intra se continebant cardinales, & vix in anno contemplationi addicti videbatur, sed hodie multi longè absunt, quod est dolendum, & pro illis orandum, vt videant. [Nam in concilio Basiliens. quales esse debeant, sic fuit statutum, sint viri in scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, non minores 30. annis, magistri, doctores, seu licentiati, cum rigore examinis, in iure diuino, vel humano, sit saltè tertia vel quarta pars de magistris, aut licentiatis in sacra scriptura, an sit hodie, meum non est iudicare, sed Deum Opt. Max. oro atque deprecor, vt si tales non sint, tales fiant, vide alia in rub. de numero Et qualitate cardin. in prag.] Hic possem dicere quid sit cardinalis, vnde dicatur, quot sunt genera cardinaliũ, quot sunt numero, qui sunt, & de eorum titulis & priuilegiis, sed longum hæc haberent tractatum. ideo ea licet videre per Aluaro. in tit. episcopum vel abbatem col. 7. cum seq. [Et per Marc. Carac. in suo tractatu de cardin. Et per Petr. de Monte. in sua monarchia. Et Barb. in tract. de prest. in cardina. ac Hieronym. Alba. in eodem tractatu de cardin. Et cap. in decisio. Neapol. quest. 120. Romano.]

patriarchalis a, archiepiscopalis b pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis c contra prædictum ordinem d, & qualificationes superius ordinata, de dignitatibus, personatibus, administrationibus vel offi. iis, seu quibuslibet aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi aliter quam modo prædicto disposuerit e

a Patriarchalis. Pro primatè quandoque accipitur, licet diuersa sint nomina. E E c c

Quatuor sunt Patriarche. *dist. 99. c. vrbes. 80. dist. 8. ibi glo. Patriarcha dicitur quasi summus patrum. cap. clerici. 21. dist. Et sunt quatuor, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. ca. antiqua. de primiti. & hi quatuor euangeliorum scriptores, (quos euangelistas dicunt) representant. ca. scriptum est. de elect. plenè per Floren. in sua summa in 3. parti. tit. 2. c. 4.*

Patriarcharum privilegia. *Not. tamen quòd hi patriarche seu primates nihil iuris vel privilegii præ ceteris episcopis habent, nisi quantum sacri canones, vel eis prisca consuetudo contulit. text. in c. conquestus. 9. q. 3. & alio. de offi. ordin. Aluar. in rub. episcoporum vel abbatem. in princ. col. pen. vbi tradit privilegia & ordines ecclesiasticorum omnium, tam episcoporum, quam archiepiscoporum. & melius Alber. in rub. ff. de statu homi. & nouissime per dominum Boer. in tract. de pre. eminentia. magni concilii. in fin. qui omnes habuerunt à provinciali ecclesia Rom. in princip. vbi scribit ista omnia describuntur.*

Quis fuerit primus archiepiscopus. *b Archiepiscopalis. Viginti quatuor privilegia archiepiscoporum tradit Rufinus in tract. de pre. eminentia archiepiscoporum. post hac. de mand. ap. ibi licet videre ea que archiepiscopi tangunt, & primus archiepiscopus fuit Iacobus, qui iustus dicebatur. c. porro. 66. dist.*

Quid sit ordo & quis inducere illum possit, & quare. *c Dignitatis. Ecclesiastica, quia laicus patronus non ligatur nominationibus vel gradu, ut dixi supra, & in tract. nomina. q. 2. vbi susus. & in isto titulo exprimitur patronus ecclesiasticus, ergo alius non adstringitur. arg. c. qualis. 25. distinct.*

d Ordinem. *Ea enim quæ non sunt ordinis, potest facere princeps, quòd sint ordinis, nam quòd principi placet, ut sit ordo, est ordo substantialis, quem nunquàm princeps apponit, nisi magno cum mysterio, & ratione Bald. in l. p. olatam. col. 3. vers. & nota quòd princeps. C. de sent. & inter locu. omn. iud. Sequitur Barb. conf. 24. scribitur, col. 3. in 1. volu. Et quòd sit contra ordinem datum à principe, est ipso iure nullum. l. 1. Cod. de appell. & ibi Bald. not. 3. dicit quòd præpo-*

steratio ordinis dari à iure, meretur appellationem: quia omittit ordinem est quamquam, secundum eum. & tum ordo legis dicitur substantialis, quando si omittitur, pareret graue præiudicium, ut hic, & tunc eius omisio vitiat, secus si leuè. l. 1. in fin. ff. de vent. in spic. Bald. in l. 2. §. primus. de vulg. gl. in verbo iuris ordinem. c. pen. de purg. conuit. Fel. in c. cum dilect. col. 6. vers. tertium signum de rescrip. vbi ibi. Perus. in cap. 1. col. 2. de accus. Hic ordo ratione necessitatis omitti potest. arg. l. omne. ff. de off. consi.

Et sic quando non esset episcopus, potest conferre archiepiscopus non expectato episcopo, & sine alicuius reculatione, si forte bello aut chafmate alio esset etiam capitulum destructum. Alias die ut in gloss. seq. ver. 5. Et sic iste ordo introductus ratione confusionis tollendæ inter nominatos & graduatos, ut infra dico. §. tenentur. Hic postem facere de ordine glossam longiorè. §. Callimachus. sed ordinem nostre tantum materia scribere in animo est. Sed videtur plenè Alb. Brun. in tract. de forma & solennitate actus. rub. quando aliquid censetur tractatum pro forma, conclus. 15. & gl. in verbo canon. actum infra, in forma mand.

e Disposuerit. *Et sic videtur quòd collator antequam ius deuoluatur ad immediatè superiorè, requiratur quòd primus collator contulerit, presentauerit, vel alio modo prouiderit modo, & cum effectu, ut probat hoc verbum disposuerit, quòd significat præteritum tempus, & non futurum ex vi & proprietate sermonis. l. si quis id quod. & ibi Bar. & doct. ff. de iuris d. omnium iud. l. 1. xori. §. 1. de leg. 3. notatur in l. verbum oportet. vbi dixi. ff. de ver. sig. & significat actum perfectum, & sic collationem factam. l. 1. §. hoc autem verba. ff. quod quisq. iuris. Item dicit hic tex. deuolui collationem ad superiorè, quando primus collator disposuit contra ordinem supra statutum: ergo si non disposuit non deuoluit collatio, sumendo argumentum à contrario, quòd est in iure validum. ca. cum apostolica. de his que fiunt à prela. quia aliud est disposuisse, aliud disponere velle. argu. l. aliud. ff. de reg. iur.*

Et amplius veni ratum habet. In contrarium videtur, videlicet solum requiri reculationem, simul quod dispendiosa sit beneficiorum diutina vacatio, & animab. periculosa. *quoniam sit de elect. in 6. & sic diu vacarent ecclesia, si oportet expectare sex menses in quolibet collatore.* Simul, quia primus requirens vigilavit requirendo beneficium sibi conferri, ideo suam conditionem fecit meliorem, dicit Iurisc. in l. pupillus. in ff. que in fraud. cred. Ad hæc, quia via malignandi daretur collatoribus.

Nam si non tenerentur conferre ante sex menses, ipsi pactiones illicitas interim iniire, cum aliquo graduato. Custodi nos vulgò, vel rape vocato, cui conferrent, & his postea dimitteret eis beneficium. Ita quod intra dictos sex menses excogitarèt omnes fraudes & malitias ad excludendū nominatos & graduatos, quibus malitiis iura obuiant. *in fundo. ff. de rei vend. Et lex quæ præbet materiam delinquendi, sicut ista faceret, reprobatur in l. iurisperitorum. §. paciscar. ff. de pact. l. conuenire. de pact. dotal.*

Custodi nos.

recusare & differre non differre.

Et quia paria sunt quo ad hoc recusare & differre. *rex egregius in l. presenti. §. eum autem ibi sed si hoc facere decreverit aut differat. C. de his qui ad ecd. confug. Guido Pape in decis. Delphin. quæst. 569. §. sing. 559. detractare, imò recusare dicitur, si nil respondeat, vel dicat se collaturum, termino non expresso. gloss. singul. in clem. 2. in verb. ausi. de appella. Felin. in cap. ex literis. colum. 5. de constitut. glo. in verb. recusarunt. clem. dudum de sepult. quia posset vsque ad decem annos protrahere, & idem est nolle, & contemnere. l. imperatores. ibi. si noluerit, aut contempserit. ff. de manu. testa.*

directum.

Et dicitur etiam nolle, qui differt & donat, qui confert. *rex egregius in l. sed & sim. §. plane. ff. de iur. vbi sunt ista verba. plane si præsens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat, &c.* Fuit tamen in hoc senatu conclusum inter M. Io. Lespine & Bellangier, collationem factam à superiore intra sex menses non valere, si inferior intra illud tempus, etiam post requisitionem & collationem

superioris contulerit habili, & qualificato, vel præsentauerit, secus si inferior incapacem præsentauerit vel illi contulerit, quia tunc superioris collatio valebit facta etiam intra sex menses inferioris, quod plene scribunt doct. in c. 2. de concess. pre. b.

Præterea hoc de consuetudine seruari dicit gloss. in §. quod si quis. in verbo, eo ipso. eod. iur. in pragm. videlicet, vt post refutationem collatoris possit superior adiri, & doctori attestanti consuetudinem credendam censet Bart. in l. quib. ff. de leg. nisi collator iustam causam differendæ prouisionis allegauerit. *gl. in verb. gradus. §. Item quod vniuersitates. eo. iur. in prag.*

Post rectificationem inferioris aditur superior.

Nec refragatur secundum istam nouissimam opinionem verbum hoc disposuerit quia non conferendo requirenti qualificato, dicitur aliter disponere, quàm supra dictum extitit, vt collatores teneantur conferre qualificatis, & qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quia non hoc facit. *l. qui non facit. ff. de reg. iur. & appellatione facti non factum continetur. l. si mora. ff. solut. matr. dixi in re. per. legis. vnic. in gloss. prout. num. 16. Cod. de sentent. que pro eo quod interest. Dec. in regula, id quod nostrum. ff. de reg. iur.*

Gradus non requiritur quinennium receptus de quo profici-

Studere de- cieur, quò vsque ad doctoratum studet.

Post biennium potest quis esse baccalaureus.



a *Medicina*) Et sic medicus est habilis ad beneficia, debet tamen (sicut sit peritus) postquam beneficium fuerit assecutus, abstinere ab exercitio & practica medicinae, alioqui promoueri prohibetur. *c. a. iures. & ibi doct. de etate & qualic. Henr. Boic. in cap. tua nos. & ibi alii doct. de homicid.* Cuius peritia cognoscitur, si aegritudinis causam sciat exprimere. *Hippocrates in prolog. prognostic. & debet tria scire, videlicet praeterita, i. unde infirmitas traxit originem. praesentia, i. in quo statu est morbus. futura, an sit curabilis, an mortalis* *Ipsidorus lib. etymolog. 4. cap. 10. & Cardin. Alexand. in d. c. a. laures. De Ripa in tract. de peste. fol. 120. num. 70. referri. Vide per Mar. de as. iust. in constit. Neapol. fol. 12. & seq. rubr. de probabili experientia medicorum.* Et sic magistri in theologia praeferruntur doctoribus canonum sumendo hic argumentum ab ordine literae, quod est in iure validum. *cap. quorundam. de elect. in 6. nota. in cap. auaricie. de prebend. Item doctor in iure canonico, doctori legum: doctor legum, doctori in medicina. Quae scientia sit nobilior, & sic praeferrenda, tradit gloss. in eo. tit. in prag. sanct. quae habuit a Florent. in 3. parte summae, in tit. 5. ca. 2. §. 4. scripsi in tract. no. q. 2.*

Peritia m-
dici quo-
modo cog-
noscaur.

Triplic
medicina

Et de triplici medicina, vide ibi tit. 7. c. 1. in si. ac quinque partes illius scribit Leona. *Fuchsi. in Meibo. seu compend. medic. cap. 5. vbi etiam dicit duplicia medicamenta, simplicia nimirum & composita. Et tria necessaria in medico tradit Anto. de Butr. in ca. ad aures. de etate & qualic.* Primò, quod sit eruditus. Secundò, quod secundum artis traditiones experiatur. Tertiò, quod sit diligens in artis exercitio.

Tria ne-
cessaria in
consulore
& medico.

Vnde dicit Placenti. in summa conseruatio. in princ. medicum quatuor debere considerare, videlicet quantitatem medicinae, qualitatem, tempus, & ordinem. Sic dicit D. Butrus in consulore. Primò, quod sit peritus. Secundò, quod consultat secundum communes opiniones. Tertiò, quod sit diligens in examinando factum. Refert de Ripa in tract. de peste, fol. 121. vers. 3. Quod debet examinare antequam consulat, alioqui fatuus est medicus, qui dedit

portionem aegro, & postea inspicit libros si benefecerit, & interim aegrotus mortuus est, teste Io. Mona. in rub. de here. in 6. vbi dicit quod modus sciendi prius est querendus, quam scientia. Licet quidam respondeant ante factum narratu, & statim discedant sine iurium allegationibus, & sine rationibus, quod est graue conscientiae, & bonis contemnendum.

b *Cum rigore examinis.* In alio studio reperitur hic rigor examinis, quia oportet in principio esse forte, vt possit superadificari, *debe. argu. l. c. i. ff. de exc. rei iud. & tactis funda. magis mentis facile superadificari potest: alias, arduis quae malo inchoata sunt principio, bono quae vix peraguntur exitu. cap. principatus. 2. q. 1.* ideo hic rigorem examinis in aliis non requirit scientiis: quia postquam scholaris habet bonum initium, licet parum alterius scientiae habeat, sufficit, cum ille, qui nihil habet, nisi solum initium, vt pote magister artium, sit beneficiorum capax, multo fortius & qui habet initium & modicum alterius scientiae, videlicet theologiae, vel alterius scientiae. & sic magistri artium non possunt conueniri, si aliquis sumat gradum in medicina, licet in ea parum sciat, & eadem si in alia facultate, vt infra dicam.

Hodie examen est in omnibus scientiis dulce, non rigorosum, nec memendum, vt videre licet, quia sicut ecclesia nulli claudit gremium, sic nec vniuersitatum. Doctores cum non habeant in Francia ista stipendia, oportet quod passim admittant omnes: qui abusus per Regem reformari deberet, & per suum supremum Senatam proponendo doctoribus stipendia pro peritia eorum & facundia, *re. in leg. vna. Cod. de profess. qui in vrbe Constam. & c. lib. 12.*

c *Alogicalibus.* Et sic studentes grammaticae, etiam si per decem studuerint annos, non iuuantur privilegio nominationum, nec gradus, & quae sit ratio, potest responderi, non omnium quae a maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest. *non omnium ff. de leg. quia sic voluerit conditores. §. iuribus. & ibi gloss. in fine de v. in cap.*

usucapio gl. in cle. si. de sentent. excomm. potest tamen dici, quod sicut illi qui primis literis pueros imbuunt, non habent vacationem. *l. gradatim. §. si ff. de mun. & hon. l. si duas. §. si. de excus. tus. dicit in ultimo priuileg. schol. Poetæ etiam nulla prærogatiua iuuantur. l. Poetæ. C. de profess. & med. li. 10. Sic nec conditores voluerunt hic aliquod tribuere priuilegium quod ad nominationes, vel gradus istis, nisi à logicalibus supra, vel si in maiori facultate studeant, & hoc ne in nunciis senescant, & humi semper repant. scripsi in trac. nomina. q. n. n. 16. ubi dixi. an tempus quo res. computetur.*

Sitamen probaretur quendam studiuise in iure ciuili, vel canonico tempore quo in artibus studebat, non ob hoc potest reprobari studii tempus de falso, quia alternis horis in iure audire potuit, & æternis in artibus studere, cum sint 24. horæ diei, & maxime apud Paris. hoc fit, qui omnes ferè scientias mixtim in dies audiunt, nec propterea studii tēpus in vna & præcipua facultate minus continuasse cēsentur, idq; potissimum in hac nostra iuris canonici facultate, quæ expressum habet statutum, hoc ipsum ita declarans, nec hoc à iure reprobatum esse inuenio, nisi quod vacans per scientias vix erit perfectus. *Fab. in proo. mss.*

d Inclusionē Ideo posuit inclusionē, quia dictio à, vt plurimum accipitur exclusiue. *gl. in l. dno. §. si ff. de act. emp. & in ca. statutu. de prob. in 6. Bal. in tra. l. statutu. in dictione. a, in 1. & conf. 457. reuerendus. col. 3. vol. 1. & conf. 412. F. locauit. in 5. vol. & in capite. capellanus. de seruis. Oldra conf. 29. confueu. Alex. conf. 42. in causa. na. 35. 123. vol. ubi dicit multa tradunt de hac dictione. ibi, videre licet. hic multa dicerem de hoc, sed extra oleas. *Vide Fel. inc. ego N. de iure iur. & lo. Dayman in rubr. de nomina. regia. in verb. à die & supra.**

aut in altiori facultate **a** Sexennium autē in baccalariis simplicibus. in theologia, quinquennium. **b** verò in baccalariis iuris cāonici aut ciuili, in quibus baccalariis

iuris canonici aut ciuili **e**, si ex utroque parente nobiles fuerint, triennium esse decernimus.

a Altiori facultate) Altiozem facultatē vocat omnem, tã theologicam, quàm canonicam, legalem, vel medicam, quia omnis facultas est altior respectu artium: nã Origenes cyniphes, ranas: (quibus Ægyptii sunt percussis) per vanam dialecticorū garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. *c. legimus. 37. dist. & dicitur in c. vino. ibi. quod dialecticorum argumenta quædã fantasmata sunt. i. vmbre quædam, & imagines, quæ citò pereunt, & resoluntur: nec quis in dialectica placet Deo. c. omnem. ibid. vide Cicero lib. 1. Rhetoricor. ad Herennium. c. de ambiguo. & Lucan de Penna. in Lyra. col. 3. C. de studiis liber. vrb. Romæ, li. n. & sic probatur hic, quod possit sumere magistrerium ante quinquennium, & postea accedere poterit ad altiozem facultatem, vt dixi supra in verbo studuerint. [Et hic reicienda est gl. vt intelligatur de altiori, quæ habeat cōformitatem, vel de theologia, & de medicina tantum, quia omnes scientiæ habent connexitatem & cōformitatem simul, & maxime cum dialectica, quam prius discere etiam in aliis facultatibus oportet, vt est omnibus notum, ob id nō probo sententiam Probi in addit. ad lo. Monac. in c. de offic. vic. in 6. quam etiam repetit in additio. ad prag. in §. in super. in verb. superiori. de colla. & contra eam sapius fuit iudicatum.*

Altior facultas que dicitur.

Sitamen quis studuerit à logicalibus supra triennium, & paupertate oppressus non sumpsit magistrerium, nec licentiæ gradum, sed postea studuit biennium in iure ciuili, vel in alia facultate, dicerem etiam tempus triennii coniungi cum vltimo, tū quia hic non prohibetur, imò eadem ratio tenet est in hoc casu, & etiam quia hoc cōceditur priuilegium ratione studii, ergo si studuerit per triennium à logicalibus supra, & biennium in iure ciuili, vel alia facultate, poterit in illa facultate sumere gradum & nominationes obtinere, alioqui pauperes grauarentur, quod esset contra mentem

Studiū ar- tium sine magistrerio prodest.

G G g g

Dicitur à exclusiue ponitur.

concordatorum, & ita sunt valde æqua. Idem dicerem si studuerit triennium cum dimidio in artibus, & cum esset pauper non sumpsit tunc magisterium, sed post annum sic, ut ille annus debeat ei computari si in superiori facultate interim studuerit per prædicta.

De Bart. studio & Aristotelis.

b *Quinquennium*) De iure studium legale perficitur quinquennio. §. quibus in proemio digesti. studium verò iuris canonici septennio. c. cuius ex eo. de elect. in 6. parum potest hodie quis videre per septem annos in utroque iure, Bart. in octauum annum studium suum traxit, ut testatur in l. quidam cum filium ff. de verb. obl. Aristotelem annis viginti apud Platonem stetit. Laetius est auctor, nemo enim repete sit summus. ca. charitas. de penitentiis. dist. 2. nec in modico tempore quis potest multum addiscere. §. 108. dist. gl. in c. cum ex literis de restit. in integ. l. rudi que C. de prox. sacro. serm. lib. 12. Et dico sufficere hoc tempus, licet non vehementer studuerit, vno. in proemio 6. libri, quamuis Deus sit remunerator aduerbiorum non nominum. gl. in c. de volul. de egen. Quic ubi requiritur tantum tempus studii, tunc modica scientia iusticiet, v. hic.

Episcopus nominatus non examinatus.

Nec debet episcopus ipsum examinare, quia iniuriam faceret vniuersitati, reprobando eum. gl. in §. item quod vniuersitates. in verbo, gradus, eo. tit. in prag. Nempe si Papa scribat pro graduatis, nunquam mandat inquiri de idoneitate impetrantis, nec vult eum examinari, cum iam sit approbatus, secus in aliis. Fel. in c. si de presumptio. & expressim. lo. Staphi. in tract. de literis gratia. in 10. forma expect. fo. 20. Et hæc est practica Romana. Minus ergo episcopus examinabit graduatam & nominatam ab vniuersitatibus.

Presentatus ab abbate non est ab episcopo examinatus.

Sic non potest episcopus examinare presentatum per abbatem, quum sufficiat abbatis testimonium. c. monachi. 16. q. 1. & expressim. Collecta. in c. accepimus. de eta. & qual. Nam si episcopo daretur examinatio, nunquam inueniret nominatum, vel graduatam, doctum etiam si esset Bart. vel Ban. si-

milis, nisi esset sibi propitius: hoc igitur est reprobandum: & omnis nominatus, vel grauatus, presumitur inhabilis: nam quando actus habet debitam formam, habilitas personæ presumitur, text. in c. in presentia. & ibi Dec. no. 10. de probat. l. ab ea parte ff. de iur. licet sint bene multi eruditionis absconditæ. Vide Aufrer. in decis. Tholose. quest. 449.

Si ultra quinquennium studuerit, forte per sex annos ante gradum baccalaureatus, poterit postea post annum assumere gradum licentie, in quo requiritur per hoc textum septennium. Nec sit distinctio hic, an sumat vno die gradum baccalaureatus cum licentia, an diuerso tempore: ideo sufficit, quod tempus præbitum in vtroque gradu completum sit. arg. l. de presentia. ff. de publ. in rem actio. & tunc vno die poterit sumere & gradum baccalaureatus, & licentie. Secus si fieret distinctio, ut in omnibus, in c. dilectus. de temp. ord.

Iuris canonici, aut civilis Præuilegia voluit conferre nobilibus studentibus in his tantum duabus facultatibus, quæ de aliis omnibus disponunt, & quibus omnes alie indigent, & ancillantur, teste Bart. in prima figura Tyberia, quia si theologus perperam de trinitate senserit, iuriconsultus panam non euadet. Idem si medicus male secuerit ægrotum. §. præterea. in si. de laquil. ciuilib. & si mensor fallum modum dixerit requiritur ad iuriconsultos. Rub. ff. si mensor fallum mod. dixit. Et ideo hæc scientie dicuntur architectonica. i. de omnibus aliis disponentes, in proemio. ff. si traque. in si. & ibi Hieronymus Cagno. allegat. Aristotelem. lib. 1. Ethico. c. 2. dicentem, Videmus honoratissimas facultates ciuili scientie: subesse ut ré militare, & economicâ, rhetoricâ, cumq; scientiis reliquis, & alibi ciuilem scientiam honorabiliorem, & præstantiorem esse medicina, ut supra eo. in verbo. medicina. & hæc duæ scientie, canonica videlicet & ciuilis sunt coniunctæ, sicut Pilades & Horreltes, ut dixi in tract. nomi. q. 5. vers. quarto, ab de quod ius canonicum, c. n. 14.

§ PR.

§. PRÆFATIQ̄VE.

Nominati & graduati semel ante beneficii vacationem literas nominationum, gradus, & temporis studii, in a. u. scribere in iuris scriptis signaturas, collatoribus & patronis ecclesiasticis exhibere debent, hoc dicit.

§ Præfatiq̄ue a graduati & nominati collatorib. ordinariis, siue patronis ecclesiasticis semel ante b vacationem beneficii de literis gradus c, seu nominationis d,

A Egitur vsq; ad §. cum verò & non dividitur, quia vnum tantum continet dictum videlicet, quòd de literis gradus, nominationū, temporis studii, ordinariis collatoribus, vel patronis ecclesiasticis, est facienda fides. Intelligē semel tantum. arg. l. hōies. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. cum procurator. §. i. ibi, nam ipsi domino, quum semel nunciauit, non permittitur iterum nunciare. ff. de oper. noui nuncia. etiam si alius in collationibus succederet. ordin. regia. art. 9. rub. des. priuileges des. escol. ers. Fallit in quatuor casibus traditis in tracta. nomina. q. 14. princip. & q. n. illius q. vbi licet videre alia ad hanc rem facientia.

Semel tantum est facta collatio nisi...

Informatio an possit fieri post beneficii vacationem.

b Ante vacationem) Possent etiam fieri insinuationes incontinenti post vacationem. arg. §. tutor. insti. de auctor. tut. vbi tutor in ipso negotio debet auctor fieri, post verò non valet, nisi postea incontinenti auctoritas præstetur, ne dicitur ibi gl. probatur in l. Pomp. §. rat. habitationis ff. de proc. vbi exceptiones dilatorie possunt incontinenti post litem contestatam opponi, licet de iure ante litem contestatam debeant. l. ita denum. C. de proc. ne abunde scripsi in tract. de excep. Itē licet ante litem contestatam debeat fieri reconuentio, quantum effectū. l. qui prior. ff. de iud. & no. in c. 1. §. 2. de mutuis petis. tamen incontinenti post litem contestatam fieri poterit. Bal. in c. cū venissent. col. pe. de iud. sequitur las. qui sex similia adducit in l. edita. nu. 13. §. seq. C. de edn. De Ripa. li. i. resp. de le. c. 8. in causa. quia paria sunt

aliquid fieri ante actum vel incontinenti post, etiam in his quæ de necessitate debent fieri ante actum. & hoc in protestatione probat las. in l. non solum. §. morte. nu. 13. col. 4. ff. de noui. ope. nunc. quia quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. l. lecta. vers. dieb. an. ff. si cer. per. Imò illud videtur prius actū, quod incontinenti subsecutum est. c. officii. §. ibi Bal. per illum tex. de ele. sequitur las. in l. si quis mihi bona. §. iust. nu. col. 13. ff. de acq. her. nu. 22. §. seq. & statim post litem contestatam potest emendatio libelli (licet ante debeat fieri) d. lecta. §. ibi Alex. & alii. Olibr. conf. 13. col. pe. Et si testis primò deposuit, & incontinenti iuravit, valet depositio, licet ante debeat iurare. las. in l. admonendi. nu. 27. §. seq. in rep. ff. de iureiur. per gl. in l. 2. C. de iureiur. propter calum. dand. §. l. de oper. lib. §. Liurifurandi. de testib. vide Fel. in ca. qualiter. in r. col. 16. vers. fallit. 2. de accu. §. c. exceptionem. col. 4. de excep. Et quamuis in prima citatione actor debeat declarare, quos intendat conuenire ratione clausulæ quidam alii, tamen incontinenti post, hoc poterit. Dom. & Perus. per illum tex. in c. 2. vlt. nota. de rescr. in 6.

Depositio testis non iuravit, an valeat.

Intelligerem verum esse, quando alius non superesset, alioquin in præiudicium illius qui insinuauit illo anno non admitteatur is qui post vacationem insinuauit. arg. l. 2. §. si quis a principe ff. de ne quid in loco publico. ca. quamuis. de rescr. in 6. Ita intelligi debet gl. in verbo inane. §. si autem illi. eod. titul. in pragma. & opinio Arioli in cap. si clericus. in addi. an. Guillel. de Monte laud. §. præb. in 6. vbi concludit insinuationem in præiudicium alterius, qui iam insinuauit ante beneficium vacans fieri non posse. vide quæ dixi in tractatu nomina. q. 15. nu. 33. vbi tenui beneficium vacans tempore nominationum deberi nominatis, quando tempore illis præstituto vacauerat, intelligendo tamen vthic, quando nullus alius superesset, & in graduatis idem dicerem, vt gratificare collatorem illum non posset, etiam facta sit insinuatione per istum tex. & supradicta extantibus aliis, qui ante vacationem insinuauerunt.

Intellige valere collationem factam nõ qualificato, etiam si nominatus postea in-

Collatio va-
let facta an
qualificatio
quando is nō
anfirmavit.
finuaret, & peteret beneficium sibi con-
ferri, per §. teneatur. infra eo. quia non de-
bet tractari, si superueniat ad casum, à quo
incipere non poterat, per regulam iuris,
facit c. scribi ab iur. de proc. in 6. Et sic hæc be-
neficia ecclesiastica præsumuntur esse va-
cantia, nisi collata esse appareant. Bal. in l.
1. ff. de rer. diuisi. refer. Ang. in §. nullius. instit. il-
lor.

**Literas om-
nium gra-
duum, an
quis teneat-
ur in sinu-
is.**
De literis gradus) Refertur ad plu-
res graduatos, quod teneantur facere fi-
dem de literis gradus, & sic singuli non
tenentur facere fidem de literis graduum,
dum plures habent, quia hic tex. dicit de li-
teris gradus: nam quando plures habeo a-
ctiones, vnam possunt eligere, & propo-
nere. l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribut.
act. bar. & alii in l. edura. C. de eden. facit quod
not. Inno. & Ant. in c. 1. de cler. peregrini. vbi si
quis fuerit ordinatus à persona prouida
& honesta ad maiores ordines, non tene-
tur ostendere literas aliorum ordinum,
quia præsumitur quod ille vir prouidus
non ordinasset eum ad maiores ordines,
nisi fuisset certificatus de minoribus. Pan.
in c. nisi in 1. not. de preb. Sic non est verisimi-
le quod tam prouidæ vniuersitates Fran-
ciæ promouissent aliquem per saltum cū
eisdem prohibeantur infra in §. monemus.
secus de vniuersitatibus Italiæ, quæ solent
sine gradu baccalaureatus promouere, di-
xi in tract. nomi. q. 14. n. 46. & sic est hic vnus
casus in quo requiritur scriptura, alios li-
cet videre in c. 1. de censib. in 6. per lo. Monach.
& postea per lo. And. ibidem. Idem in manda-
to apostolico dicitur in tit. seq. vbi scripsi in
rer. literas §. 1.

**Plures no-
minationes
debent ex-
hiberi.**
d Nominatio) Vel nominationū,
quia si plures quis habeat nominationes,
tenetur plures exhibere. Nam licet hoc e-
dictum singulariter scriptum sit, tamen si
plures interuenerint locum habere debe-
re. Pompo. scribit. in l. 1. §. Item hoc edictum.
ff. quod sal. eur. au. et gestum esse dic. [Et quam-
uis singulari numero via lex 12. tabul. pro-
ximum vocet: tamen dubium non est,
quin si plures sint eiusdem gradus, omnes
admittantur. §. si plures. de legi. agna. successio.

in instit. l. 3. §. negotia. Et ibi addidi. ff. de m. go-
gest. l. 1. §. 1. de assignat. liberi. c. relation. 2. §. ibi
doct. de rest. Inol. in clem. 2. in gl. de de script. iur.
in clem. si plures. vbi etiam Inol. de preb. Dec. in
c. accepta. in gl. de appell.

Interdum tamen iuriconsult. vtrunq;
numerum ad maiorem expressionem in-
ducit. l. 2. ibi, creatus creaturæ. ff. de curat. bon.
d. and. Albe. Brunus in tract. de status exclud.
sem. art. 12. q. 13. Et hic accipitur indefinitè
quæ æquipollet vniuersali. c. 11 circa. de-
lect. & ibi gl. not. & facit l. plurib. ff. de leg. 2. Et
in vniuersitatibus quæ reguntur senam
Parisiaco, solent volenti cupiã plures co-
cedi nominationes, secus in vniuersitatibus
restortus Tholosani, quæ vix concedunt
vtra vnam vni. [Sed in illa describuntur
tot episcopatus, & abbatia, ac prioratus,
quot nominatus affectauerit, vt facilius si-
bi prouideatur, & hoc est iustar. mandatorum,
quæ non solent concedi vtra vnam
vni, saltem, nisi in secundo fiat mentio de
primo. c. in nostra de refer. Et cum per ordi-
nationes regias vel concordata nō sit pro-
hibitum plures concedi nominationes vni,
censetur esse permissum. arg. c. n. in con-
cupiscentiam. de consue.

Quot nominationes possint vni dari
crederem arbitrio vniuersitarum relictis, nam
vt tot dent, quot videantur sufficere, vel cedi
in vna tot episcopatus aut abbatias descri-
bant, per quæ possit nominatio facile pro-
uideri ad summam taxaram, infra eo. §. vo-
luntus. arg. l. 1. ff. de effracto. nec debet vniuersi-
tates se restringere ad duas vel tres, quia
postquam paterfa. est largus, dispensator
non debet esse tenax. c. allegam. 26. q. 11. &
beneficium principis latissime est inter-
pretandum. l. beneficium. ff. de consue. prin.

[Et si primæ fuerint nullæ, secundæ va-
lebunt, etiam si non fecerint de primis me-
tionem, quia nominationes non sunt lite-
ræ apostolicæ, in quibus oportet exprimere
illa quæ Fel. dicit in c. in nostra de refer. & ego
scripsi in forma manda. in verbo pro. expressi-
sis, & coram ordinario expressio non fit
cle. fin. de offic. ord. ideo cum exprimat
d. §. volumus. infra eod. quæ in nominationi-
bus exprimi debeant, si hæc non sint
expressæ.]

expressa, nominationes sunt nulla, sed a-
hianon tenentur impetrantes exprimere,
cum tex. ad hoc illos non astringat, & ita
seruatur, vt dixi in tract. nomination. q. 9. ¶

& de præfatio a tempore studii
per literas patentes b vniuersi-
tatis c in qua studuerint manu
scribæ d & sigillo vniuersitatis e

a *Et de præfatio tempore studii.*)
Non sufficeret ergo exhibere literas gra-
dus & nominationis, nisi literæ certifica-
torie tempore studii exhiberentur, vt hic,
quia ad veritatem copulatiuè requiritur
vtrunque esse verum. l. si heredi plures ff. de
condi. insti. c. 2. inter ceteras, de rescrip. & tam
nominatus quam graduatus simplex te-
netur facere fidem etiam de literis tempo-
ris studii, vt in §. teneantur. infra eo. & cum
hic dicat faciendam fidem temporis studii
intellige totius: nec sufficeret baccalau-
reo facere fidem de biennio. nec doctori
de triennio, sed oportet quod faciat fidem
totius temporis per hunc text. & sic prius
debet studuisse, alioqui studii literas non
possent ostendere, vt hic dicitur, & supra
in §. præterea dictum extitit, & opinionem
conciliatæ.

Et sic fuit iudicatum, & in mente curiæ
retentū non sufficere studium post nomi-
nationes impetratas, anno 1523. in mense
Augusti, licet tempore vacationis benefi-
cii studium esset completum. Nec obest
alicui, si priusquā nominationes sumeret,
studuerat per quinquennium, & post no-
minationes impetrat, seu (vt dicunt) leuat
literas temporis studii, quia hic tex. requi-
rit tantū studium præcessisse, ideo nomi-
natus, qui studuerat quinq. annos, si illo
anno non curat de literis temporis studii,
& anno sequenti, vel aliis, à scriba recipit,
& insinuat cum nominationibus, non sibi
præiudicat, licet hoc anno receperit lite-
ras nominationū, & anno sequenti literas
temporis studii. Imo in antiquitate eidem
non præiudicabitur, etiam si post decē an-
nos literas à notario, seu scriba exigeret,
quia non est quod repugnet. * & ita cen-
suit Senatus anno 1544. die 23. Decem:

bris, quo die d. præses à sancto Andrea,
pronunciauit illud publicè.

b *Parentes.*) Id est, publicas, quia
quod est publicum omnibus patet. §. con-
sequens. inst. de suspect. tut. vel aparentes, vt
dico in tracta. nomina. q. 14. princ. in q. pen. vel
iunge supradictos intellectus, & meliorè,
vt reor, sensum elicies. facit clementina vna.
§. nos itaque. de iureiurand.

c *Vniuersitatis.*) Famose, vt supra
dixi in §. proximo. & regni. de quibus supra
locutus fuit rex. quia hæc sequentia decla-
rantur ex præcedentibus. l. heredes palam
§. sed si notam. ff. de testam. l. si seruus plerumq.
§. fin. ff. de leg. 1. dixi susus in tractat. nomina.
quest. 10. Et si in pluribus vniuersitatibus
studuerit, de studio facto in omnibus te-
netur facere fidem, vt hic patet, dum dicit
vniuersitatis, in qua studuerint tenentur
facere fidem, nisi tantum temporis studu-
erint in vna vniuersitate, quod sufficeret
sine studio alterius vniuersitatis, quia §.
proximus requirit competens tempus.
dixi in tract. nomina. q. 14. num. 45.

d *Manu scribæ.*) Sufficit ergo signū
vnius scribæ si sint plures, vt Tholosæ, & à scriba v-
si non fuerit nisi vnus vt in Montepellu-
lano, quom secretarium vniuersitatis vo-
cant, & is fuerit impeditus, potest subli-
tutus ab eo signare: alioqui eo impedito
nominationes cessarent, quod non est di-
cendum, vt plenè scribo in tract. nomina. in 10. q.
prin. in 4. requisito. vbi licet plenius videre.
[Nec tenebitur nominatus probare sub-
stitutionē, quia præsumitur eo ipso, quod
sic emanatæ fuerint literæ, & sigillatæ, ob
id transfertur onus probandi in aduersariū
doct. in l. actor. C. de prob. & in l. qui accusare.
de eden. & oporteret probare literas ob hoc
falsas super quo est antea cogitandum.]

Vniuersitas tamen Parisien. hoc non
recepit, quia quælibet facultas concedit
tam literas gradus quam temporis studii
manu bidelli facultatis signatas, & non
ab vniuersitatis scriba, & hæc formā fuit
(vt dicunt) per senatum approbata, quia
facultas est pars vniuersitatis, ideo largè
& improprè censentur ab vniuersitate:

G Ggg. 3.

Tēpus star-
diu cuiuslibet
bet vniuer-
sitaris insti-
nuari au-
debeat.

Substitutur
vniuersita-
tis signare:
literas po-
test.

Leuat li-
teras studii
post nomi-
nationes an
quis possit
derogari.

emanasse, cum quodlibet officium facultatis ab vniuersitate recipiatur, & in toto pars continetur. l. cuius effectus. §. ibi Dec. ff. de reg. iur. & reg. in toto. ibi ut. in 6.

c Sigillo vniuersitatis. Non ergo sufficeret sigillo facultatis sigillare. si tamen vtrunque apponeretur vt apud Bituriges, non vitiantur, quia superflua non vitiant. l. testamentum. C. de test. vide que dixi, in d. q. 10. in 5. requisito. vbi plenè de hoc sigillo. de consuetudine tamen quælibet facultas suo sigillo vtitur, in literis gradus & temporis studii apud Parisios, Pictones, & ferè alias Franciæ vniuersitates consuetudinarias, & hoc sigillum etiam facultatis potest dici authenticum. per gl. & dicit. in cap. 2. de fide instru. Scripsi in tract. de literis oblig. sigill. regio, vel alio authenticis signatis. art. 1. in verbo authenticis [facit text. in c. prefontat. ibi, & actus omnib. redactis in scriptis sigillorum suorum impressione signatis. de testi.] signatas fidem a facere teneantur.

Facere fidem quomodo intelligatur.

a Fidem. Plenam, quia vbi fit mentio de fide, vt fiat fides, intelligitur in dubio de plena. cle. constitutionem. §. in super. in verb. si les de ele. quam notab. dicit. Ale. conf. 147 visis dubitationibus. col. 1. in 1. vol. §. ca. 1. de reg. siue agatur de magno præiudicio, siue de modico, contra gl. pragma. sanct. in hoc verb. nisi lex aliud exprimeret. c. statutum §. 1. de reser. l. 6. c. nu. lib. in fin. de ele. eo. lib. c. pastoralis. de excep. quia propter paruū vel minus præiudicium non diffiditur à vera significatione vocabuli. l. non aliter. ff. de leg. 3. & semiplena probatio non est probatio, & semiplena fides non est fides. not. in cap. vi circa de ele. in 6. vbi semiplene probans non excusatur ab expensis, etiam si agatur de leni præiudicio. nec l. thesaurus ff. ad exhib. allegata per gl. prag. facit mentionem de fide, nec etiam alia iura per gloss. allegata probant. sed vide Fel. in rub. de proba. col. 4.

Notandum est quod quando in lege vel constitutione debet fieri plena fides, non defertur iuramentum in supplementum probationis. Iason. & alii in l. admonendi: in reper. n. 282. ff. de iureiur. per gl. in c. cupientes.

§. quod si per viginti. in verbo, fidem de ele. in 6. & quando plenaria fides adhibenda est alicui actui, contra illum non admittitur probatio in contrarium, per text. sing. in cle. vna. de proba. quam sing. dicit Bar. in conf. 2. col. 3. in 2. vol. §. cons. 13. à loue. col. 9. in 3. vol. §. in c. preterea. col. 2. de offi. deleg. §. c. Raymuntius. co. 21. de test. lo. de Ana. conf. 14. vno par. Ho. col. 1. Non sufficeret ergo facere fidem nominationum, vel gradus, seu temporis studii, per exemplū, quia non facere plenam fidem, vt hic requiritur, vel sine sigillo vel scribæ subscriptione, vt plenè dico in d. q. 10. tract. nomina. vbi fufius videre licet, vt modum glossæ non excedam.

Item non potest collator exemplo adhibere fidem, vel illum, qui non insinuat habere pro insinuato, aut non graduatum pro graduato, quia legi solemnitate, vel formam indicenti non potest renunciari. Bar. & alii in l. ius publicum ff. de pact. l. non. C. illo rit. Fel. & alii in cap. si diligenti. de pro. compet. quia actus forma omnia est nullus, vt dico in rub. forma mandati inferius. & in §. statuius. i. in gl. 1. infra eod.

§. CVM VERO.

Probatio nobilitatis ad effectum studii per quatuor testes in iudicio fieri debet coram ordinario loci, in quo quis natus est & in absentia parius fieri potest.

b Cum verò b probatio nobilitatis c

Non diuiditur, quia breuis est, & legitur vsque ad §. teneantur.

b Probatio. Quomodo probari debeat nobilitas, & testes debeant deponere super ea latè tradidi in tract. nomina q. 12. vbi licet cernere. §. infra in verb. ad effectum.

c Nobilitatis. Generis, vel mixte, videlicet generis & virtutis: sed de nobilitate solius virtutis & sapientiæ hic non intelligitur, de qua loquitur Salomon, Sapient. 7. cap. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia. Bar. & alii in l. 1. C. de dign. lib. 12. Pan. in c. venerabilis. §. c. de multa de Preb. Bonus de Curtili. in tracta. nobilit. in 2. parte. Et nobilitas oritur ex sapientia, virtute, dign.

dignitate, ex comitatu, vel baronia, ex militiâ, progenie, diuitiis, ex loco, & comuni opinione, quæ prosequere, ut per *Lucam in l. mulieres. col. 1. & seq. C. de digni. lib. 12.* tamen hic tex. intelligitur de nobilitate generis, super qua disputare est de stercoreis nobilitate contendere, prout dicit gloss. in *extrauag. execrabilis. in §. nos itaque, in verbo ac generis. de præb. in extrauag. com.* Et dicit *Policra. lib. 8. cap. 17. ut citat Lucas de Penna. in l. militaribus. C. de decur. lib. 10.* Claritas sanguinis elationem parit, potentiam affectat, conculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur grandia totus, cum ex alto magnoque sanguine, tanquam fecerit ipse aliquid. propter quod nobilis esse debeat sui immemor, eorum qui retro esse videtur obliuiscerit, & se in anteriora, sine cultu virtutis, ridiculum Thrafonis imitatore ostendit, hi à paribus abstinent, in humiliores libidinosè & crudeliter agunt, hominum non causarum toti sunt, ut apud quos gratia vim æqui habet, iudicia domi constant, in foro pronunciant, ut ait *Liuius lib. 2. ab vrbe condita, de Appio Claudio, & aliis.* hi non morum probitate, sed armorum feritate vendicare sibi satagunt dignitates. *Bern. in epist. ad Inn. Papam, & ex propriis culpis præmiorum retributiones expectant, vnde gl. in c. quonian. 24. q. 1. hos tradit versus,*

Nobilitas factum, factus hinc parit: arma,
Lis odium, capiunt, hæc tria mortis iter.

Habent tamen hi nobiles multa priuilegia ante alios. Primum vides hic in abbreviatione temporis, rationem tradidi in *tract. nomina. q. 12.*

Secundò, sunt immunes à collectis (quas tallias vulgus appellat.) *L. 3. §. 1. ff. de mune. & honor. l. non tantum. §. 1. ff. de exc. tut. vide Guid. Pape. in q. Delph. q. 384. sed quid in nobilibus. &c.*

Tertiò, in beneficiis eisdem defertur. *c. non satis. 86. dist. c. de multa. & cap. venerabilis. de præb. ut facile cum eisdem dispensari possit, ut duo obtinere valeat beneficia. Vi. de Fel. in c. cum adeo. col. 4. vers. nobilitas. de resc.*

Quartò, in depositione instrumentorum, quæ apud nobilem fieri debet. *l. ff. de sig.*

instr. l. procurator. & ibi not. docto. C. de edend. & in l. 1. de condit. in public. horreis. lib. 10. & l. si coartatus. in fin. de coartat. lib. 12. & in auct. de defenso. ciui. §. interim. & §. audiem. & ibi Ang. colla. 3.

Quintò, in electionibus si suffragia siue voces sint pares, præferuntur voces nobilium. *arg. l. maiorem. ibi qui dignitate. ff. de pact. l. 3. & l. ob carmen. de resti. Bart. in l. 1. col. 5. ver. vnde in dubio. C. de dignitat. lib. 12. facit quod not. Arch. in c. hoc autem inf. 30. di.*

Item arma deferre possunt. *§. si quis rusticus. de pace tenen. & eius violato. Lucas de Penna. in l. vna. col. pen. ut armorum vsus infcio principe sit interdict. lib. 11. vide triginta quinque priuilegia, quæ tradit Lucas in d. l. mulieres. & 47. scribit. Cepol. in tract. de imperatore eligendo. vers. nobilitatis etiam. & in tract. de re militari & duello. lib. 7. rubr. de pugna nobilium. & quinquaginta sex Bonus de Curtili, in tract. notabili. in 5. parte per totum. vbi fufius videre licet.*

Et puto hoc priuilegium competere nobilium, siue patres vixerint nobiliter, siue non. cum text. hoc non exprimat, & quia hoc priuilegium datur nedum ratione nobilitatis, sed etiam ratione studii & gradus, licet regulariter nobilibus nobiliter viuentibus dentur alia priuilegia. teste

*Io. Masu. in rub. de talliis. §. illi qui. vbi dicit eos viuere nobiliter qui abstinent ab his quæ populares facere consueuerunt, & cū hoc sequuntur arma & exercent ea, quæ spectant ad statum nobilium. Vnde Egyp-
ptii, Græci, Scythæ, Persæ, & Lydi, omnes qui artificio incumberent, pro ignobilibus habebant, qui verò militiæ, generosos. teste Alex. lib. 5. generalium. c. 18. [Idem habetur in rub. deseneschaux. ordi. 25. art. 5. & seq. in ordin. reg.] Quod est notandum ad clericos clericaliter viuentes, quando dicantur viuere clericaliter, quod est quando exercent ea quæ concernunt clericos, & non laicos*

ideo nobilis furta exercens, vel alia crimina graua potest priuilegiis nobilitatis priuari, & vilis declarari, & deinceps inter villanos numerabitur. *argu. militis ad nobilem. in l. si. C. de loca. Sic declarauit senatus*

Pari-

Vnde oria-
ur nobili-
ni.

Nobilitas
generis
quod pa-
riat.

Priuilegia
nobilitatis.

Quando
quis dica-
tur viuere
nobiliter
vel cleri-
caliter.

Articulus Parisiens. quendam nobilem Carnoten. furti conuictum, & eo quod a manib. ser- uientium eripuerat filiam, quam patri ta- men restituerat, ad multa condemnauit etiam honoraria, Anno 1328. & die 22. No- uembris. alia de nobilibus licet videre in d. *trac. nobil. Boni. de Curru. & in trac. Ioan. Ray- naudi.* Alibi declaro de nobilitate & eius gradibus. Nam habet gradus, sicut imperi- um, videlicet quaedam est maxima, maior, magna: parua, minor, minima: licet Za- sius in l. quod Nerua. dicat maius & minus nihil differre, saltem specie cui respon. in reper. super illa l.

In illegiti- mus nobiliu non abbre- uiatur tem- pus studii. nec nobiles dicuntur. Et intellige hic de nobilibus legitimè natis, non de bastardis, qui de iure non sunt nobiles. l. vna. C. de mulierib. que seruis propriis se iunxer. c. si gens. Angelorum. 56. dist. Petr. de V. bald. in tracta. de succes. ab intest. col. 107. vers. reuertendo ad propositum. Et statutum ciuitatis preferens filios nobilium, filiis ignobilium, intelligendum est de legitimis cum illegitimi in defectum tantum admit- tantur. l. generaliter. §. spurios. ff. de decurio. Hoc expresse tradit Dom. in c. statutum, in fin. prin. de here. in 6. & sic non comprehenduntur in regula cancellarie preferente no- biles ignobilibus, quia intelligitur de no- bilibus, legitimè natis, teste Benedi. in repe. c. Raynuitus. in prin. nu. 32. de testam. ubi plene tractat. de istis, ubi vide Inol. nullus illegiti- mus in literis apostolicis dicitur nobilis: sed sic solet scribi tibi, qui, vt asseris, defe- ctum natalium pateris, ex nobili coniugato & moniali, &c. *provinciali. fol. 62. vers. nullus.* Dicerè tamen his priuilegiis vt possit filium natum ex legitimo matrimonio, licet na- scatur ex bastardo & muliere nobilibus, tum quia est legitimus, tum quod consue- tudo Francia facit bastardum natum ex nobilibus, nobilem. Guido Papa. in decis. Delphin. q. 580. an bastardus. nec refragatur quod filius legitimè natus ex bastardo, non potest dici nobilis, quia ex infecta ra- dice nascitur. l. fin. C. de natura. liber sic con- suluit. Petr. Anch. cons. 289. visis diligenter. col. i. quia hoc est verum de iure, sed cum con- suetudo faciat bastardum nobilem, vt dixi, na- tus ex illo dicitur verè nobilis, & sic nomi-

nationibus gaudebit post triennium, sine mater siue pater fuerit illegitimus, etiam si vterque per prædicta.

fieri debeat ad effectum, & vt no- biles gaudere possint beneficio minoris temporis studii, tunc no- bilitas ipsa per quatuor testes de- ponentes & in iudicio coram

a **Ad effectum.**) Et sic probatio no- bilitatis debet fieri per quatuor testes, quod ad ad gradus & nominationes per hunc text. sed quo ad alia, debet fieri secundum ius commune, per istum tex. ibidem effectum & quatuor de quo per Barr. in l. i. C. de dignit. lib. 12. & tunc sufficit quod duo testes ex his deponant de nobilitate patris, & alii duo de nobilitate matris, & sic nobilitas ipsa requirit qua- tuor testes: non verò intelligendum est quod quatuor debeant deponere de no- bilitate patris, & totidem de nobilitate ma- tris, quia in ore duorum. & c. l. i. §. de test. & ob id statutum fuit, vt quatuor deponerent, vt duo de nobilitate, vnus deponant, & alii duo de alterius nobilitate, vt minus derogetur iuri communi. c. cum expe. de elec. m. 6. & sic quatuor testes deponunt de nobilitate graduati, vt hic text. requirit, & non dicit quod quatuor testes deponant de nobilitate patris, aut matris graduati, sed quod nobilitas graduati probari possit per quatuor testes, quod est notandum, hoc suaderetur etiã in verbo tunc nobilitas, & c. nam licet substitutio facta in vno casu por- rigatur ad alium l. cum proponis. C. de her. m. Tamen hoc non procedit, quando in casu expresso apponeretur dictio tunc. Anch. de test. 357. ex serie. Dec. cons. 314. pro resolutione per tex. in l. in Institutione. ff. de vulg. fact. l. 4. §. de condi. & demonst. l. huiusmodi. de nobilit. & hic apponitur dictio, tunc ergo, & c. nec sufficerent duo testes deponentes de vtriusque nobilitate, tum quod hic profuma est statutum, vt quatuor adiant, & omisso forme vitiat actum. c. cum dilectus. de resp. tum quia duo facilius possunt corrumpi quam quatuor, etiam quodlibet verbum operari debet. l. ubi gl. ff. quod. m. ca. b. Bene-

b Beneficio. Eo verbo vitur tex. in c. dispensa §. si de reser. in 6. l. 4. in prin. ibi. amici beneficio. ff. de manum. §. c. inter alia. de sent. excom. rex. in l. uxorem ff. de leg. 3. c. Raynaldus, in si. de testa. l. aut damnium in fin. ibi. beneficio principis. ff. de penis. l. si praes. de minor. scripsi in praxi benefi.

& examinaret. Pan. & alij in rub. de iudi. col. 1. vbi dicit etiam non requiri litis contestatio nem. per not. in l. voluit. & l. si defensor. ff. de in iurrog. a. tie.

Et hoc debet attestari in instrumento esse actum in iudicio, vt constat de ista, qualitate, quia quando lex requirit actum cum qualitate non sufficit illum actum probare sine qualitate. text. in l. 1. §. ait praetor. & ibi Bar. ff. ne quid in loco publ. l. si §. in eum. & ibi Paul. & las. ne quis eum qui in ius voca. est v. exi. l. Fulcinius §. cum hoc. vbi glo. & Bar. ff. ex quib. causis in poss. eat. c. licet causam. & ibi Pan. 12. no. de proba. quia factum qualificatum censetur vnum & idem, & sermo qualificatus censetur esse quoddam indiuiduum. Bar. in l. Aurelius §. idem quae sit ff. de lib. leg. & quis dicatur contraxisse in tali loco. in primis de illius loci qualitate constare debet. c. ceterum de iud. & ibi not. argum. illius tex. & Barb. conf. 50. col. 2. in 1. vol. & conf. 17. col. 4. in 2. vol. sic in primis debet hic constare testes deposuisse in iudicio, alioqui quo ad nominationes & gradus non valebit, nec quo ad illorum effectum, vt hic, posset tamen nobilis probare per testes attestaciones nobilitatis in iudicio factas, quia non prohibetur, & parem vim habent probationes instrumentorum, & testium. l. in exercendis. C. de fide instrum. [Sed interiu. amitteret primum possessorij caput, vel sententiam recedentiae.]

Instrumē- tum nobi- litatis qua- l: esse de- beat.

Testes in- iure tene- tur.

c Deponentes in iudicio Iurare tamen (& si tex. non dicit) tenentur. l. 3. §. idem diuus Adrianus. & ibi glo. ff. de testib. & in iudicio, ac die non feriato recipi debent, nam bonum est argumentum de loco ad tempus. l. vni in ff. si ceri. per. & sicut nō valet iudicium die feriato, c. a. de feris. l. omnes. C. illo tit. ita non poterunt eo tempore testes pro nobilitate iurare, cum iudicium id temporis exerceri prohibeatur. l. si. C. de fer. Et si reciperetur, non valeret dictum illorum. Lanfr. in c. in repet. c. quoniam contra in verbo testium depositiones. q. 10. de prob. & quamvis notarius in aliis causis iuramentū istis non recipiat, bene tamen examinationem testium, etiam domi gl. sing. in l. hac consultissima §. si. C. de testa. quae depositiones ex duabus constant, ex iuramento, & dicto testis. & vnam sine altero non valet. c. fraternitatis. & c. r. e. de testib. l. in iurand. C. illo tit. in nobilitate tamen probanda necesse est, & testes iurare in iudicio, & deponere etiam palam poterunt in hoc casu, cum sit modici praediciij, & quia robore confusi non audebunt in conspectu populi asserere nobile, quia non sit, & quia in causis summariis, quae sunt modici praediciij, possunt testes publice examinari, etiam partibus praesentibus Bal. in l. prolatam. C. de sent. & interl. omn. iud. licet regulariter testes secreto debeant examinari, & sigillatim, & deponere. l. nul. l. m. C. de testib. ca. cum causam. & c. venerabili. & c. 2. vbi glo. ibid. Paul. in l. minime ff. de leg. Imo si iudex testes in aliis casibus palam examinaret, non valerent testium dicta. gl. sing. in c. quia propter. in verbo, secretē de ele. Lanfranc. vbi supra. q. 11. sed hic vult quod in iudicio deponant testes.

Palam re- ponere pos- sant.

In iudicio dicuntur deponere, quando iudex sedens in loco, vbi ius reddere solet, eos examinat, secus si domi eos reciperet,

iudice ordinario loci a in quo b est

a Ordinario loci Quia probatio melius & congruentius potest fieri per eos de regione, quam per alios. §. si res. & ibi Aluaro. & Card. de pace tenen. & eius viola. cum de la. nionis §. a snam. ff. de fund. instru. l. 1. §. 1. de flu. mi. nam vicini praesumuntur melius scire, quam remoti. l. si vicinis. C. de nupt. & cap. per tuas. de probat. c. quosdam. de praesumpcio. ideo nobilitas istius melius probabitur per testes loci, vnde traxit originem nobilis & coram iudice illius loci, quam per alios.

Et dico non vitari literas nobilitatis, etiam si vna mulier deposuerit de ea, quia il-

Mulier an possit depo-

HHhh

lius vel duarum dictum suppletur per alios duos testes masculos, præcipue propter auctoritatem iudicii. *l. si pacto. & ibi la. C. de pact. gl. in l. 3. §. eiusdem. in verbo numerus. ff. de test. Barb. in c. 1. col. 3. 4. nu. no. ver. ca. secundum de iudic. Et etiam quia mulier potest esse testis extra testamentum. & casus à iure exceptos. & hic non est vnus ex illis. ergo. *Sec. l. qui testamentum. §. mulier. ff. de test. l. ex eo de test. vbi limitat Iacobi, quando esset meretrix. vel vilis conditionis. nor. in c. forus. de verbo. sign. Et etiam quia non prohibetur hic, quoniam mulieres possint testificari. Imò text. videtur verbo communi, videlicet testes, quod est communis generis, comprehendens tam virum quam mulierem. probatur in rub. de testib. ff. iuncta. l. ex eo. ibidem.**

Et ego deficientibus masculis eas admitterem, quia eo casu etiam inhabiles admittuntur. *c. 3. de testi. & ibi nor. quis dicitur ordinarius loci hic. & coram quo iudice debeant testes deponere, dico in tract. nomina. q. 12. non repetit.*

*Vbi fieri
debeat pro-
batio nobi-
litatis.*

b *In quo* Scilicet loco, & sic requiritur quod probatio nobilitatis fiat coram ordinario loci, & in illo loco vbi solitus est reddere ius, vt hic probatur per hæc verba loci, in quo est natus. *Sec. Quia ibidem melius nobilis cognoscitur, quam abbi. c. pudentia. 24. q. 1. c. postquam de ele. aliàs fieri posset fraus in alio loco, vt si quis in Hispania, vel in alio loco incognito coram suo ordinario, ibidem casu inuento quatuor testes produceret, qui sic deponerent de nobilitate, nec timeret de ea etiam falso, cum ibidem non cognoscatur, deponere, sed in loco in quo est natus graduatus, aut nominatus, testes non audebunt deponere aliq̄ esse nobile, qui non sit, cum omnes cognoscant illi qualificatū. & ideo statuitur vt coram ordinario loci, & in illo loco, in quo est natus, si ibidem ius reddatur, ita fuit decretum per senatum pro Francisco de Caluimont, contra Hugonem de Mauriac hoc anno. 1576. in mense Martio ante pascha.*

Arrestum.

Fallit quando in illo loco non reddetur ius, vt si aliquis sit natus in municipio,

vbi non redditur ius, tunc opus est, vt nobilitatis probatio fiat in loco, in quo ius solent reddi, sicut quando quis cietur coram iudice Parisien. intelligitur, vt cognoscatur Parisiis, & quando causa delegatur abbati S. Dionysii Parisiis commoranti, intelligitur vt Parisiis debeat cognoscere. Felonus in c. nonnulli. in prim. de rescripti. Panorm. & Barba. per illum textum. in c. de rerum permutacione.

Secundo, fallit quando in illo loco non posset fieri per iustum metum. *c. statum. de offi. deleg. in 6. Roma. per septem sententia hoc probat in consil. 433. quo ad primum. la. in l. statumena. col. 1. C. de test. allegat. text. in §. hoc peruenit. in auth. vniuersi iudic. coll. o. facia. iuratum. §. cum vero de rescripti. in 6.*

Idem si pestis impediret, ne in illo loco Testis fieret quod probatur in gl. supra etiam de probacione prelati in ecclesia fieri debet, sicut in c. nonnulli in capitulo ecclesie. c. quod sicut. de ele. c. cum deo per terra. vbi Pan. & c. cum nobis, illo n. Si tamen pestis vigeat in illo loco poterunt canonici in alio loco, in quo tempore pestis degunt, eligere ca. in nomine. 27. d. §. de hoc etiam declaratur in rub. de auctoritate genera. concilio. in primo decreto. in pragna. l. in. in c. cum ex nullo. de noui operis nunc. Berach. in tract. de episc. in 2. parte. 1. lib. Reser. de Ripa in tract. de peste, in 1. parte. 2. part. 8. priuilegio. & Per. Gerard. singu. 1. in. Sed tunc in illo instrumento debet fieri mentio de illo impedimento, vt instrumentum probet, ob quam causam fuit alibi confectum.

Et si publicatio resignationis, que per regulam cancel. 74. debet fieri in loco beneficii, non fuerit facta ibidem, propter periculum pestis, vel metum, aut alio d. nullo impedimento: sed alibi, tamen non minus valebit, vt in propriis terminis tenet Maleret. in tract. de electio. q. 12. fol. 67. per m. per Ro. in l. si. et d. §. de viro. in 40. fall. in §. Julia. matri. Et scripsi iussus in d. regula.

Item hæc attestatio nobilitatis potest fieri coram iudice ordinario loci etiam si ordinarius esset pater vel frater filius nobilis, quia iurisdictionem voluntariam potest quis exercere etiam inter suos. *l. si consil. ff. de adopt. cum l. seq. vbi magistratus potest emancipare filium, & adoptare. ac*

manumittere. l. apud. ff. de manu. vindicta.

Potest etiam sacerdos absolvere propriam concubinam, quandiu toleratur, melius tamen faciet, si alteri committat. c. omnes. §. ibi arch. 30. q. 1. & sic non habet locum. L. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictioni. omn. iudic. quæ loquitur in iurisdictione contentiosa. l. 1. §. 2. quia illud est modici præiudicii, & quidam dicebant hos iudices esse, quos ad hoc delegatos, & sic ius posse dicere ius, nomine tamen delegatis, i. nota. in d. qui iurisdictioni, & etiam quia fit in iudicio hæc probatio, ideo propter iudicii calorem cellabit consanguineorum quo ad hoc affectio, ut supra dictum est.

natus a ille de cuius nobilitate ex utroque parente b contiare de-

a *Natus* pro hoc est text. valde accõmodus in l. si quis. C. de fabricen. l. n. sic dices, Si quis consortium fabricentium crediderit eligendum, in ea vrbe in qua natus est, vel in qua domicilium collocauit, his quorum interest conuocatis prius acta conficiat (seleg. doceat, non aucto, non patre curiali progenitum, atque ita demum gestis coniectis, vel apud moderatorem prouinciarum, vel si is absit apud defensorem ciuitatis.

Ubi licet nobilitatis fieri debeat. Nisi alibi tempore pestis natus fuisset, tunc debeat fieri, coram ordinario iudice domicilii. per l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. i. ubi doct. dicunt, quod natus casu in aliquo loco extra domicilium, censetur in loco domicilii natus. & admitti debet ad munera in loco domicilii, ac si ibi natus esset, teste lo. de Platea. in l. filios. C. de municip. §. orig. l. n. quia mater quæ habebat animum reuertendi, fingitur semper fuisse in ciuitate. l. 1. §. l. reus. ff. de capt. & ibidem peperisse. Pan. §. Fel. in c. Rodolphus. de rescr. plenè de Ripa in tract. de peste, in 2. parte in d. pestis priuileg. Primò ergo in loco in quo est natus fiat qui locus, si impeditus est, tunc in loco domicilii, si alibi habeat domicilium, si verò domicilium peste etiam affectum sit, in

loco, in quo degit, per prædictam gloss. præcedentem. Et quæ hic superius scripta sunt. Sed vidi fieri per iudices loci natiuitatis, in illo loco, in quo magistratus iudicium exercent, & curiam tenent tempore pestifero, quòd est melius.

[Et sic breui habes requisita in hac probatione nobilitatis ex hoc text. elicita. i. quòd sint quatuor testes, ibi, quatuor. dixi in gloss. ad effectum. Secundo, quòd illi testes deponant, ibi, deponentes, nec sufficeret, quòd iurarent, & essent recepti. Tertio, quòd in iudicio deponant, ibi, in iudicio, ergo domi non valeret, ut scripti supra in gloss. deponentes. Quarto, quòd coram iudice, nõ coram notario deponant, ibi, coram iudice, & sufficeret etiam coram locum tenente, quia etiam is dicitur iudex loci, ut supra. Quinto, quòd iudex sit loci ordinarius, ibi, ordinario loci. ubi in gloss. elucidaui. Sexto, quòd audiantur testes in loco, in quo nobilis natus est, ibi, in quo natus est, alia collige.]

b *Ex utroque parente* Parentes vsque ad tritaum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. affini. §. l. qui que. §. prætor. de in ius vocat. l. appellatione. de verb. sig. in c. requiritur nobilitas nunc ex antiqua progenie, tum quia non repetitur hic, tum etiam quia in dubio ex repetitione tacita & suppletionem non debentur corrigere ius. gl. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elec. in 6. sed si repeteremus ex antiquo genere, corrigeretur ius quod non requirit antiquam nobilitatem, l. 1. C. de digni. l. 12. licet laudabilior de iure sit antiquior nobilitas. Bonus de Curti in tract. nobilit. in reuera parte. n. 129. §. seq. l. tam demeritis. C. de episc. aud. tamè nobilis filius nunc factus habet priuilegia nobilitatis antiquæ hic posita.

Nec obstat quòd dispositio augmentatiua constitutionis præcedentis continet in se tacite omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata. l. inter. §. cum inter. ff. de pacti. dota. l. si conuenit. §. sinuda. ff. de pig. actio. quia respond. concordatum non venire ad augmentum prag. sed ad destructionem. Ideo non sumus in illis terminis. nam renun-

Requisita ad probationem nobilitatis.

Nobilitas ex antiqua progenie an esse debeat.

Partis quis dicitur.

ciatum fuit prag. sanctio. vt continetur in literis secundis pontificis Leo &c. circa finem supra. Patet ergo quod concordata non veniunt ad augmentum prag. iam destructae.

Nec obest quid dicitio parentes vsq; ad triuuum protendantur: proprie tamen in materia correctoria, vt hic, & exorbitanti intelligitur pater & mater tantum, & secundum vulgarem modum loquendi. *l. nam & si parentibus. ff. de inoff. test. l. liberorum, ibi parentes pios. de verb. sign. Et Cicer. i. offi. Vnicuique nostrum sunt chari parentes, sunt chari liberi, & Cato. parentes ama, cognatos cole. Bar. in repetit. l. cum acutissimi. col. 50. in fi. & sequ. C. de fidei. vbi dicit proprie verificari in patre & matre, iuxta illud.*

In sua naturam cordi doctrina parentum.

*tex. in §. i. instit. per quas perso. nobis. acquiri, vbi aliquando accipitur pro patre tantum, vt in §. seq. ibidem. * Abunde scripti in d. Lappellatione parentis. de verbo. sign. ff. vbi nouum intellectum dedi ad l. iurij. con. ff. de gradib. habitenus peperam intellectam, & intellectum. no. Item hic tex. dicit ex vtroq; parente, ergo non intelligit de aliis extra patrem & matrem, sed de duobus, quia dicitio vterq; verificatur in duobus. l. si ego. §. l. quidam. ff. si cert. per. dixi in 4. notab. repe. l. vnica. C. de sent. que pro eo quod interest. & sic tantum intellexit hic de patre & matre. nam vbi conueniunt verba, & dispositio. l. 4. §. & rories. ff. de damno. infect. sed hic tex. conuenit nobilibus natis ex patre & matre, ergo, &c.*

Nec refragatur quid lex sequens recipit restrictionem ex lege procedente. *l. sed & posteriores. ff. de legi. hoc verum esse reor, quando procedens lex stare, sed ex lege correctae non debemus aliqua repetere, nec eam allegare sub poena falsi. l. ff. de fal. & §. hunc igitur. de iustitia. codice confirman. quauis contrarium teneat Do. Probus in addit. ad lo. Monach. in ca. cum nullus. de tempo. ordinan. in 6. per rationes quibus supra respondit.*

Conclusio.

Nobilibus ante quin-

Et sic non probatur hic nobilitas per famam, vt dicit Bal. posse fieri, in l. prouidendum. C. de postul. vnde affixi conclusionem vide-

licet nobilibus ante quinquennium nominationes frustra conceduntur, intelligi quando non est nobilis ex vtroque parente, vt supra dixi. Probatur in c. venerabilis. ab ab vtroque parente illustrem. de prob. & si nobilitas non causetur ex parte matris, sicut folius. *l. nullus. 2. C. de decur. tamen quando vterque est nobilis, talis filius ortus ex illis dicitur nobilis ex vtroque parente, etiam proprie, vt d. c. venerabilis. & Ofce. 9. Gloria eorum a partu, ab vtero, & a conceptu. vnde dicit Bal. in l. fi. C. de seruus fugu. quid loquendo simpliciter & praecise, non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundum quid? quia omne completum participat de forma & materia. Bonai de Curtil. in tract. nobili. in 4. parte. nu. 29. Alioqui paris conditionis esset, qui nasceretur ex patre nobili & matre ignobili, & qui nasceretur ex patre & matre nobilibus, quid non potest sustineri, cum duo vincula sint vno fortiora. c. de reueg. & mater nupta viro nobili genere, nobilitatem retinet. *l. 1. C. de dign. l. 12. Nec refragatur, si dicitur nullum dici nobilem ex parte matris, quia verum est ex sola matre. nam si sit nupta plebeio, perdit nobilitatem. l. feminae. ff. de ienar. quam non potest elare, cum non habeat. l. raditio. ff. de acq. rer. domi. & priuatio praesupponit habitum. l. decem. ff. de verb. oblig. §. seruus. in si. de ca. dim. Sic loquitur tex. in l. nullus. 2. C. de cur. l. 10. sed quando nupta nobili, non perdit. d. l. 1. C. de dign. lib. 2. ergo natus ex illis dicitur nobilis ex vtroque parente.**

Et sic non valeret consuetudine, vt qui sit nobilis ex parte matris, asserit Bar. in exemplo. C. de arb. quod ego intelligo, quidodo statutum vel consuetudo disponeret, quid quis esset nobilis ex matre, quia ex non ante fieret: id eo non valeret, sed bene potest consuetudo facere aliquem nobilem, etiam si pater non sit nobilis, dum tamen mater sit nobilis, & etiam si non esset nobilis, dum tamen ille filius est nobilis ex matre, sed consuetudo facit eum nobilem, quod potest facere. & in tenuit Fel. in c. super eo. col. 2. de testi. & in c. nouit. & ibi Dec. n. 4. de iud. l. feminae. ff. de reg. iur. Benedic. in cap. Raynatus. in prin.

prim. de test. [Quia hoc est iuris positum, ideo conferendo hoc inducere potest, ut per Pan. & alios in c. de multa. de preb. hoc expressse firmat Roch. Curtius in cap. fin. in 4. not. ver. 7. inferitur de consuet.] Et sic vides has opiniones contrarias posse conciliari, ne contrarietas oriatur, videlicet quod ex ignobili nobilis nascatur, quod non potest esse genere, sicut nec ex serua liber. quod fallit in casibus traditis per las. in l. naturalis in prim. ff. de prescrip. verb. & ibi dixi, quod est valde notandum, adhuc nec ita conciliatum vidi, nec actum, laus Deo & virgini Mariæ, ac beatæ Genouefæ, precibus cuius serenitas temporis nobis illuxit. sine qua fruges confumebantur ob aquarum abundantiam, hoc mense Julio, anno 1535. & ann. 1541. in mense etiam Julio idē contigit. [& hoc ann. 1555. in eod. mense.

Adde quod quamuis gl. & doct. passim dixerint vxores nobilitari per suos maritos, tamen ego contrarium teneo, alioqui omnis natus ex nobili esset nobilis ex utroque parente, siue mulier esset genere nobilis, siue non, quod non est dicendum. ideo tex. in l. fin. C. de incol. lib. 10. dicit mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, ergo per maritum non nobilitantur, bene eriguntur ac superbiunt, & honore, ac dignitate augentur. cap. super eo. 2. de testib. ob id in d. l. fin. mortuo primo viro, si nubant viris inferioris ordinis, priuata sunt dignitate prioris viri, non dicit nobilitate. vnde tex. in l. femina. ff. de senato. dicit in hæc verba, feminis enim dignitatem clarissimam mariti tribunt, non dicit nobilitatem. Idem habetur in l. filii. §. 1. ad municip. nec text. in §. hæc itaque in authentis. de consuet. col. 4. sed vxores corruscare radiis maritorum non erubescit dicere lex, quare cum nulla sit constitutio tale quid dicens. §. saltem. in auth. de non elig. secundo nubent. col. 2. ego non hæc proferam, etiam quia non inueni oriri nobilitatem per contractum matrimoni inter virum & vxorem.

bet etiam a in partis absentia probari possit,

a Etiam in partis absentia.) Et hæc res omnia sic potest probari nobilitas præsentate parte quam ledere potest, & absente, quia dictio etiam est implicatiua, & includit diuersam speciem ab expressis. cap. causa. de sumo. & cle. grauis de sententia excommunicat. Domin. cons. 65. in nomine. & cap. discutiam. col. 3. vbi etiam tenet implicare maiora expressis. vide text. in l. 2. & ibi docto. C. de testib. & Bald. consil. 209. illa verba. in 3. vol. nõ tamen tenetur pars vocare partem. imò si episcopus esset vel alius collator præsens, non posset se iure opponere, & si de facto se apponeret, vel appellaret, vt non fieret hæc attestatio nobilitatis, iudex non obstante exceptione vel appellatione posset procedere, cum hic eidem permittatur, vt etiam in absentia fieri possit, multo melius in præsentia, etiam si opponatur. l. qui potest in iuris. ff. de reg. iur. & ibi Dec. reliqua vide in tract. not. q. 12.

§. TENEANTVR.

Graduati & nominati tenentur tempore quadragesime literas gradus, nominationis, & temporis studii, ac nomina & cognomina collatoribus & patronis ecclesiasticis insinuare, ac duplicatas dare, alioqui beneficium perire illo anno non poterunt, sed collectio ordinari etiam non qualificato facta valebit, & si non superuenerit alia quadragesima ad insinuandum nomina, tamen graduatus & qualificatus erit habilis ad acceptandum beneficia, que interim vacabunt post literarum insinuationem, hoc dicit.

§. Eneanturque præfati graduati a tā simplicibus quam nominati patronis ecclesiasticis aut collatoribus b ordinariis (quibus gradus, aut nominationis literas c huiusmodi insinuare d debent literas suorum gradus e & nominationis,

T Res habet partes, Prima, præcepit graduatis ac nominatis literas gra-
HHhh 3

982
 dus, temporis studij, nominationum, & attestationis nobilitatis tempore quadragessimae insinuare, & duplicatas dare. Secunda ponit penam non facientibus hic requisita. Tertia limitationem, quando insinuauit nomen & cognomen. Secunda, ibi, & eo anno. Tertia, ibi si tamen graduatus, & c.

Graduatus a *Graduati*. Quilibet, siue sit doctor, licentiatus, seu baccalaureus, vel artium magister, etiam intellige cuiusvis facultatis sit, siue theologiae, decretorum, siue legalis medicinae, vel artium, cum indefinita qui polleat vniuersali. *capit. v. circa. de elect. in c. 6. & idem dic in nominatis, vt infra patet.*

Patrono b *Aut Collatoribus*. Cauillatur quidam hunc textum dicente in nominatum non teneri insinuare, nisi patrono soli, aut ordinario soli, quod est verum, quando suas nominationes tantum direxisset patrono, si vero directae sint nominationes patrono & ordinario, tunc vtrique est facienda insinuatio, reddendo singula singulis, etiam vtrique dandae sunt literae duplicatae, sed quando nominatione soli patrono diriguntur, non sunt insinuandae ordinario collatori, licet institutio ad eum pertineat, ideo text. hic dicit patronis, aut collatoribus, dicit in tractatu nominat. *quest. 14. nu. 58. & seq.* [facit text. in l. sed & si plures s. forum. qui satis. cog.] Item debet intelligi hic text. in vers. quibus gradus aut nominationis literas, & c. vt graduati literas gradus insinuare debeant, nominati literas nominationum cum in l. teris gradus & temporis studij, vt fuit dictum in §. presat. que graduati. *supra eodem.*

Literae nominationis c *Literas*.) Totas & integras, & sic cum die & consule, vt collator antiquiori conferre possit. *vt infra dicitur in §. seq.* nam edere non videtur, qui totum non edidit. *l. 1. §. ff. de eden.* Nec refragatur text. in §. editiones. *ibi dem*, quia in instrumētis loquitur. nam ea nominationes nil operantur, nisi integre insinuantur & duplicatae integre dentur. *Bal. & Bar. in rub. de reser. l. arg. l. in ciuile. ff. de leg.* Et originales insinuare necesse

est. *l. 1. C. de manda. pri. vt superius scripsi.* quod facit ad intellectum ordi. regiae, in rub. de *leues royauz.* vbi nullus debet admitti ad allegandas literas cancellariae, nisi promptam fecerit fidem. & hanc fidem integri literarum esse oportet, alias non sufficeret, *vt ibi dixi.* scriba verò non possit cogi per nominatum, vt ostendat protocollum, nisi ad praecceptum iudicis. *Paul. in l. C. quomodo adm. test. aperiuntur.* sequitur *l. 1. §. de prob. imp. offer.* vbi dicit de notario, qui potest dare exemplum, si merces ei soluantur, si verò pars velit videre protocollum, vt videat, an aliquid pro se continet nec non coget notarium nisi per iudicem, & ita obseruat consuetudo secundum eum. *hodie extat ordinatio reg. ar. 177. & leg. in p. act. in rub. des notaires ar. 10. & seq.*

Insinuare debent Per §. presat. *tenentur supra eo.* & tenentur insinuare tempore quadragessimae, tam literas, quam nominationes. Sed per ordinationes regias est in electione nominati & graduati, vel tempore quadragessimae insinuare, vel extra, *vt patet artic. 3. Rubr. des graduez si vplis.* Tamen [ibi, artic. 10.] dicitur insinuationem factam tempore alio, quam quadra. elime non valere, ob id reiiciendam per iudices, & hodie] consuetudo huic. §. conformis habet, vt tempore quadragessimae insinuatione fiat, quae est optima legum interpretatio, *l. si de interpretatione. ff. de legi.* Ideo interpretatur hic §. ex consuetudine. & sic minime mutandum est, quod semper habuit eadem interpretationem. *l. in iudic. ff. de leg. & reser.* hic etiam videtur velle per electionem copulatiuam per l. nullus. *C. de form. in. Et* sic in isto text. requiritur insinuatione, & non requisitio, vnde si nominatus insinuat de beneficiis gradus, nominationis, & temporis studij, licet in insinuatione non requiritur requisitio sibi conferri vacaturum per statuto nominatis tempore, tamen valet insinuatione, & sufficit requirere, dum valet requisitio, sufficit vt intimatio fiat, *gl. in ch. caus. de ele.* Tutius est tamen, quod tria in insinuationis instrumētis deseribas. Primo insinuationem literarum necessariae & tempore

Forma in-
strumenti
insinuatio-
nis.

tempus quo facta fuit. Secundo duplici literarum dationem. Tercio, requisitione de conferendo beneficium vacaturu tempore in concordatis praestituto, ultimo ad das protestationem de penis contra collatores statutis, tam in concordatis, qua in iure, ac in ordinationib. reg. & instrumentum insinuationis, sic recte & rite confectum erit, quod notes, & vide alia in tract. *nominatio. in q. 14.* Sufficiens tamen duo prima per istum tex. (Si velis videre multa de insinuationibus nominationum, primo quid sit insinuatio. 2. cur sit inuenta. 3. quo tempore fiat. 4. intra quod tempus. 5. quo in loco. 6. qua debet insinuari. 7. quomodo sit insinuatio facienda. 8. quibus praesentibus. 9. quibus fiat insinuatio. 10. a quibus sit facienda. 11. quoties. 12. an collatoribus scientibus. 13. an insinuans debet literas quas insinuat aperire. ultimo, qua poena afficiantur non insinuantes, & alia multa cum vtilia, tum quotidiana, recurras ad tract. meum de nominationibus. q. 14. *principali. per totum,* vbi de insinuationibus plena manu scribo.

c *Gradus.*) Non ergo graduum, igitur doctor non tenetur insinuare literas baccalaureatus nec licentiae, sed sufficit quod insinuet literas gradus, quo iuuare se vult cum literis certificationis temporis studii illius gradus, quia doctor vel licentiatu debet studuisse septennium, ergo tempus septennii insinuare debet cu literis gradus licentiae, vel doctoratus & nominationis, nec debemus plura requirere, quam hic requirat tex. alioqui si aliud voluissent conditores dixissent. c. ad audientiam. de dec. & ad superflua lex non adstringit, sed resecat. in i. *constituione codicis* vnde magister artium factus baccalaureus decretorum, non tenetur insinuare literas magisterii in artibus, si tanqua baccalaureus decretorum veniat, sed sufficit quod insinuet tempus studii, quod in artibus acquisuit, si non sufficiat eidem tempus decretorum, si tamen doctor opponeretur, quod per saltum sit promotus, debet probare, & ostendere literas priorum graduum co-

ram iudice, licet eas non insinuauerit. *vt supra dixi in §. praefati. 2. in verbo, de literis.* certificationis temporis studii, & testationis a nobilitatis, duplicatas b dare c ac a *Attestationis nobilitatis.*) Quando est nobilis, alioqui sufficit literas gradus, & alias extra literas attestations, nobilitatis insinuare, & duplicatas dare, & iste tex. refertur ad nobiles, qui si binas literas attestations nobilitatis habeant, ambas insinuare, & illis se iuuare poterunt, sicut plurib. titulis. *ca. post electionem de concess. preb. & superflua non vitiant. l. testamentum. C. de testa.* sufficeret tamen alteras insinuare, cum tex. hic non adstringat nos ad superflua.

Bine attestations li-
teras an in-
sinuari de-
beant.

Hoc verum quando singulae literae continerent plenam nobilitatis probationem, alias secus, utpote si vnum instrumentum factum sit ex nobilitate patris. Alterum de matris nobilitate, tunc vtrunque insinuandum erit, quod illa duo pro vna attestations habeantur, & pro vnicuique probatione, & plena fide, quae debet fieri. *arg. l. instrumenta. C. de proba. Scripsi in §. praefati que graduati. in verb. fidem. supra eo.*

b *Duplicatas.*) De hoc verbo est text. in c. vno. ibi, *induciae duplicantur. de plus petitis. cui consonat. rex. in §. hodie. insti. de except. gloss. in l. iustas. C. de iure fisci. lib. 10.* vbi quando quis plus petit. contra eum duplicantur induciae temporis restantis. *text. in l. aut damnum. §. quisquis. ff. de penis. & l. si sic. quemad. feruit. am. l. fideicommissa. §. si quis decem. ibi, duplicata et legata videantur. de leg. 3. & l. 1. §. si cui ibi, duplicata legata. vt leg. i. en fideicommiss. nomina. cauea.* Item priogenitus debet habere et cas duplicatas. *glo. in cap. quod periculosum. 7. quest. 1.* Igitur nominatus & graduatus primo dat literas originales videndas collatoribus, & postea illarum duplicam sine exemplum, & sic literas duplicatas concedit, sed collator originales non retinet, sed exemplum, vt sic videat, quis sit antiquior, & melior qualificatus, vt postea illi prouideat, sicut tenetur. [Tamen nominatus no tenetur

Legere no-
minatus co-
llatorum
re nomina-
tionis lre-
mas non te-
necur.
Exemplū
an debeat
esse manu
notarii sub-
signatum.

netur coram collatore literas legere possunt quam illas dat duplicatas. per cle. casyam. de elect. ibi, porrecto aut perlecto, quia nec ita consuetum est, nec iure cauetur.]

Quero an hoc exemplum debeat esse manu notarii subsignatum? quod videtur, ut in l. fraudem. §. quotiens, ibi, manu commentariensis amoranda ff. de iure fisci. sed text. in alio casu loquitur: ideo dicrem, quod si episcopus vel alius collator hoc peteret, tum nominatus & graduatus teneretur: quia interest collatoris scire tenorem nominationum, & annum, & diē, quos nominatus posset falso inscribere, & inficiari duplum literarum datum per eum. alias insinuatio literarum valebit, etiam si exemplar non sit manu notarii signatum: cum hic non dicatur, sed tantum duplicatas sufficit dare nisi petatur. Nam iudici potest dari exemplum appellationis sine notarii subscriptione, & non authenticum. cap. appellatio. de appell. in 6. Sic poterit in hac insinuatione fieri nisi collator requirat. ut dixi in tract. nominatio. g. 14. num. 86. [Probat etiam text. in cap. 1. de sent. excom. in 6. ibi, exemplum verò huiusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus. ibi, non dicitur, quod esse debeat signatum, vel authenticum.] nec debet nominatus subscribere, vel signare hoc exemplum. per l. exempla ff. de edend.] & debet nominatus de hac insinuatione conficere publicum instrumentum, in quo describatur insinuasse literas gradus temporis studii, & nominationum ac literas duplicatas dedisse, & ideo statim dandæ sunt literæ duplicatæ, etiam si non petantur, eum hic dicat text. teneantur nominati, &c. quod verbum importat necessitatem, ut scripsi in §. 1. supra eod. debet etiam si sit nobilis literas attestationis nobilitatis ostendere, & duplicatas dare, ut in hoc text. patet.]

Quid si fuerit aliquis nominatus ante concordata, an teneatur dare literas duplicatas & potest decidi quod sic per notata in cap. super Felim. & alios. de constit. & per gl. in gloss. ut hi qui in verbo in posterum. de deota.

Qual. & in cle. a. de test. Corfe. in verb. lex in causa. Quid si per malitiam collator remouet literas nominationum, & alias a nominato, an poena falsi, vel alia puniri possit. & quid si eas frangeret. vide Guido Pape in decisi. Delphi. g. 233. aliquis. & qu. 577. contingit. Bona igitur cautela erit, ut nominatus tres literas originales tam temporis studii, quam aliarum literarum habeat, vnas poterit procuratori tradere ad insinuandum, alteras in iudicio producere, dum opus fuerit, alias penes se retinere, glof. in verbo, formari. in cle. sepe. de verb. sign. saltem duas habeat, iuxta l. vnum. ff. de iustam. §. nihil. & ibi Bauer. in fin. ibi ut. alioqui si vnas tantum haberet, & eas perderet, non paruo negotio posset alias habere & forte interim sententia pro aduersario ferretur. Idem docet Spec. in tit. de lib. d. vlt. vers. actoris.

c. Dare.) Importat translationem domini. §. sic itaque discretis. in fine. de actio. & ibi lafon. l. que de legato. ff. de legu. 1. & sic nominatus & graduatus tenetur propriis expensis exemplum literarum tradere collatoribus, per hoc verbum dare, & quia ista insinuatio fit ad commodum nominati & graduati, ergo onus expensarum subire debent. regula secundum naturam. ff. de regulis iur. gloss. & ibi Barba. in element. causam. de electio. text. in cap. conuersione. de privileg. in 6. facit cap. cum conuersione. de reg. Bald. in cap. nonnulli. colum. 3. in 1. Dominus & Perus. in cap. 2. de litis contestat. eod. lib. gloss. in verbo porrecto, in element. causam. de electio. nec posset postea collatorem punire licet in contractus do vt des: in quo si dederit, possum te postea compellere ad dandum, vel ad interesse. l. naturalis. §. si de prescript. verb. nominatus & graduatus potest dicere collatori, do vobis exemplum literarum mearum, ut detis mihi beneficium vacans, vel vacaturum, cum facultas se obtulerit in mensibus preteritis nobis.

Quero an hæc insinuatio possit probari per testes, videtur quod no, quia hic dicitur per notata cit. literas. Contrarium credo verius, quia per notata tantum valet actus sine scriptura, quantum scriptura cum

eum scriptura. pactum quod bona fide. C. de
 pact. & parem vim habent testes, & instru-
 menta. l. in exercendis. C. de fide instr. & regula-
 riter actus testib. & instrumentis, vel te-
 stibus probari potest. l. contractus. §. ibi no. C.
 de fide instr. & hic tantum vult literas fieri de
 gradu, nominatione, & tempore studii, ac
 de nobilitate: nil dicit de insinuatione, er-
 go poterit probari sicut de iure, alioqui fi-
 eret fraus, cui est obviandum. e. sedes de re-
 ser. nam vt vidi, nullus reperitur in quibus-
 dam locis notarius, qui velit instrumentū
 insinuationis recipere, & nominatus sic
 perderet suas nominationes, vel gradus,
 vel summis expensis oportet ducere nota-
 rium ex aliis locis, in magnum preiudiciū
 nominatorum, & malitiam episcoporum,
 vel collatorum: ideo dicere tam ratione
 vitandæ fraudis, malitiæ, quàm expensa-
 rum, insinuationem posse probari per tes-
 tes, quod est notandum. & sic nominatus
 & graduatus debet esse cautus, vt semper
 decerat duplum siue exemplum nomina-
 tionum, vt in defectum notarii illud possit
 collatori dare coram testib; sicut de literis
 citatoris tenet gl. in extra. ad reprimendū,
 in verbo, per literas, quomodo in l. sic maiest.
 crim. proced. quam sequitur Alex. in l. iustit. n. 31.
 ff. de acq. iof. l. i. in l. i. ubi de iurisd. om-
 ni. d. Hippo. in repe. l. de vno. num. 196. de re iudic.
 ¶ Et fuit conclusum, & in mente curiæ re-
 tentū, quod non exacta probatio in hac in-
 sinuatione requiratur, sed leuis sufficiat
 concordatis conueniens, anno 1513. die 1.
 Aprilis. J. An teneatur nominatus vel gra-
 duatus insinuare hoc instrumentū insinu-
 ationis, videtur quod sic, per hoc verbum
 duplicatas. Cōtrarium est verum, quia hic
 exprimit literas gradus, temporis studii,
 nobilitatis insinuandas, ergo alia literæ
 non, sed istarum duplum dari debet.

a *Singulis annis*) Annus capitur hic
 ab vna quadragesima in alteram. c. 1. de con-
 secr. dist. 3. §. c. quadragesima. de consecr. dist. 5.
 & sic non loquitur hic de anno vsuali seu
 de naturali, de quo per Lucam de Penna
 in l. 3. col. 2. C. de execut. §. exact. lib. 12. à quo
 habuit D. Cassa. in catalo. glorie mundi, confi-
 deratione 39. d. l. par. & in confuet. Burgun.
 in rub. des iustices. §. 8. gl. de dans l' an §. gl. in
 c. si propter. de rescript. in 6. §. ibi doct. Et sic nō
 tenetur insinuare bis in anno, sed semel tā-
 tum, quia actus de vno intelligitur. l. boues.
 §. i. ff. de verb. sig.

b *Tempore quadragesima*) Sufficit
 si tempore quadragesimæ, siue coniu-
 ctim omnes literæ, siue separatim, insinua-
 tur, & ideo si in prima hebdomada qua-
 dragesimæ insinuauerim literas temporis
 studii & gradus, potero postea intra eandē
 quadragesimam literas nominationū insi-
 nuare per hoc verbum tempore, sicut Papa
 potest dare duo mandata suo tempore, quia
 etiā separatim hoc poterit, vt dico in seq. in
 verbo, tempore, quod est notandum, quia super
 hoc vidi dubitari de quodam, qui insinua-
 uerat in principio quadragesimæ literas
 gradus & nominationum, cū literis tempo-
 ris studii, & postea ostēsa insinuatione tuit
 eidem dictum, vt insinuaret literas nobili-
 tatis, quod fecit in fine quadragesimæ. Idē
 putare si insinuaret vno anno literas gra-
 dus, & altero literas temporis studii, alio
 nominationum, vt nouissima demū insi-
 nuatione omnes aliæ confirmetur. arg. l. per
 funda. ff. de seruit. rust. pred. & quia sufficit an-
 te vacationē beneficii insinuare, vt visum
 extitit in §. presantique graduati, supra eo. & sic
 patet quo tempore insinuentur, §. latius di-
 co in tract. nomina. q. 14. princ. q. 3.

c *Per se aut per procuratorem*)
 Probat in l. i. ubi, per se vel procuratorem. C.
 de bonis mater. & sic electio erit nominati,
 an velit insinuare per se, vel per procura-
 torem, quia in alternatiuis electio est de
 bitoris. l. 3. ff. de eo quod certo loco. l. plerumque.
 de iure doc. (¶ dico in 10. q. 14. quæstionis prin-
 ci. tract. nomina.) vbi dico an per substitu-
 tum à procuratore, vel per nuncium possit

Omnes lite-
 re an simul
 sunt insinu-
 andæ.
 Eligere po-
 test nomi-
 natus, an
 per se insi-
 nuet, vel
 per procura-
 torem.



fieri infinuatio, & qualis debeat esse idem procurator. Et sic iste textus concedit nominato & graduato facultatem infinuandi, tam per se, quam per procuratorem.

d Aut eorum vicarius In absentia episcopi, vt patet in *ordinatio. regis. rub. des. graduez. simples art. 9.* & ibidem datur ordo. in art. 11. & dico in d. q. 14. q. 9. vbi etiam dicitur infinuationem fieri posse extra diocesim, & intra: quia ea quae sunt voluntariae iurisdictionis etiam extra territorium exerceri possunt. l. 2. ff. de off. proconsul. & est hic alternatiua ordinis. sicut in §. statuimus infra. eo. & ibi dixi. & in §. supra eo. in verbo baccalearum Non putarem infinuationem vicario factam reprobendam, etiam si episcopus non abeslet, tum quod hic sufficit alteri fieri, tum etiam quod hic non distinguitur: Ideo videtur esse in electione nominati l. 3. ff. de eo quod certo loco. tutius est tamē episcopo fieri quando est praesens, & haberi eius praesentia potest facile.]

Et sic quando episcopus se absentat, debet relinquere vicarium, sicut olim procuratorem. c. si. & ibi gl. procuratoribus. de voto. videtamen vnum casum sing. per Dominum. & Philip. Francum. in c. si episcopus de suppl. negl. vbi episcopus non potest beneficia vacantia conferre, nec vicarium creare, & hoc quando episcopus a Turcis est captus. Tutius est episcopo infinuare, quam vicario, & etiam quod episcopus conferat: quia oportet probare mandatum vicarii per l. non ignora. C. qui accu. non poss. sic tenet Bertach. in tract. de episcopo. in 7. parte. 4. li. q. 8. vbi dicit non valere gesta per vicarium, nisi conferat de eius mandato, quod in episcopo non requiritur. Imo fuit per arrestum reprobatum instrumentum vicariatus, quo non erant testes inscripti, aliis posset episcopi cum secretario semper instrumentum vicariatus facere cum antedatis, & fraudibus. est obuiandum. l. in fundo ff. de rei vend. quod prolatum fuit die 29. Iulii 1510. in hoc Parisiens. senatu. sicut de collationibus diximus in praefationibus huius tituli. Tamen si collatio vicarii sigillata sit episcopi sigillo, satis probatus censetur vicariatus, sed non

Instrumentum vicariatus testibus indiget.

in prauidicium tertii, per no. in ca. loco de proba. alibi scripti quomodo intelligatur. in anno 1513. die 26. Aprilis fuit facta prohibitio regis consiliariis, ne haberent vicariatus aliquos acceptare episcoporum, nec exercere, licet hoc non feruent, quia nullus conqueritur, sed hodie edictum regis Henric. priuat eos suis officis, ideo abstinere debent si sapiant.

Idem dico in legato, vt probari debeat sua potestas, quatenus in iure non induitur data, secus in potestate Papa, quae est descripta in euangelio, quod cumq. ligaueris, &c. c. propositi. de concess. prob.

Et per istum text. videtur quod si episcopus creauerit duos, aut tres vicarios, non adiecta clausula in solidum, quod infinuatio fieri omnibus debeat, cum vnus sine altero non possit conferre, nec aliquis conferre instar iudicium. in duo. ex in ff. de re iud. c. prudentia. de off. deleg. Idem etiam quis constituit duos procuratores non adiecta clausula, & eorum quemlibet in solidum. c. si duo. de procura. in 5. Contrarium tamen putarem in hoc casu, tum ad vitanda calumniam collatorum, qui ad tollendas infinuaciones nominatorum sic semper facerent, vt nulla infinuatio esset bona, & sic in causis spiritualibus, quando duo sunt constituti procuratores, in dex. eligi idoneiore propter celeritatem. c. si duo. §. ff. de proc. in 6. multo fortius per concordatum nominatus ad vitandum calumniam, & propter celeritatem, eligere vnū ex vicariis poterit, cui valeat infinuare, nec refragatur iste text. quia hic dicit esse infinuandum vicariis episcoporum, verum quando quis est nominatus in pluribus locis, ergo si vnus esset episcopus, vicario illius est infinuandum. per gl. in §. Item voluit. in verbo, vicario. de collatio. in prag. Etiam si decem constitueret, vni sufficeret infinuare, prout senatus censuit hoc anno 1540. Falsus dixi in tract. nominationum. quest. 14. num. 62. & Ioan. de Sola, in tract. de beneficio. 2. parte. quest. 14.

nomina & cognomina a infinuare b Et eo anno quo praefatam in-

liqua.

uationem facere omiserint e, beneficium in vim gradus d aut nominationis huiusmodi.

non erat vicarius, ut in §. presui. ar. r. Beneficia autem que in quarto, §. supra eo §. §. seq. infra eod. quia quoties vitiose cautum est, pro non cauto habendum est. l. quoties. ff. qui satisd. cog. nulla differentia est, non interueniat tutoris autoritas, aut perperam adhibeatur. l. nulla. ff. de auct. iur. Paria sunt non comparere, vel minus legitime. c. Nicolao. de appell. §. ibi. Bal. no. videt. in c. si clericus. ibi. negligenter omittat. de preb. in 6. Et an delictum in omittendo sit leuius, quam in faciendo, vel contra, dixi plene in reper. l. diuus circa finem. ff. de sentent. consil. §. lla. Idem si minus plene insinuauerit, ut pote aliquas literas omisit, tex. sing. in l. eluti. ibi. vel minus plene editum. ff. de eden. secundum Bal. in marg. in verbo. testis, ubi dicit, quod si testes non sint plene examinati, possunt iterum examinari, etiam si sint publicati. Sic insinuatio non plene facta habetur pro non facta, & ideo iterum est facienda per supradicta.

d in vim gradus) Ergo in vim man-
dati, aut noue impetrationis, vel si ne-
tri, aut si nulli, seu alia ratione, posset, quia
qui de vno negat, de alio concedit. l. cum prodest.
prator. ff. de iud. de presump. nec in vim plu-
rium graduum, nec plurium nominatio-
num. Fallit si vnam nominationem debite
insinuauerit, quia tunc in vim illius bene-
ficiam habere poterit, cum insinuationem
non omiserit quo ad illam, secus si omniu
insinuationem omisisset, ut praedixi cum
attestatione temporis studii & gradus, tunc
nec petere poterit beneficium vacans in
mensibus prestitutis nominatis graduatis,
postquam non insinuauit, quia totum ne-
gat: & licet tex. in vno loquatur, tamen ha-
bebit locum etiam in pluribus. arg. l. singu-
laria. ff. si cert. pet. l. 3. §. 1. ff. de neg. gest. quia ra-
tio naturalis potius attenditur, quam plu-
ralis locutio. Bal. in l. i. col. 2. C. de cond. in ser.
& stante statuto, si quis fecerit concordia,
soluat quinque: si plures fecerit, et-
iam tenetur. Alberti. Brunus in tracta. de
statu exclud. femina. art. 12. quest. 13. in fin.
Feli. in cap. omnes leges. l. distinct. & sic ex hoc

Cognomen
quod dicitur
cur. & quo
modo hic
accipitur.

a **Cognomina**) Cognome dicitur quasi
cognationis comune nomen gl. in §. si quis
in nomine. insti. di. leg. ut est mihi nomen Pe-
trus, cognomen Rebuffus, & nemo est in
presentem diem qui non iuerit in hac sen-
tentiam. Iurist. conulti, rhetores, gramma-
tici, turmatimq. id genus scriptores non
vno in loco prodiderunt, teste Alciato in li. 4.
di. puncta. qui ab omnium opinione verbis re-
fragatur, ideo quaeritur, quomodo hic ac-
cipiemus nomen & cognomen? Respon-
detur secundum communem opinionem,
& non secundum sententiam Alciati: nam
communis opinio potest declarare voca-
bulum. l. Labeo. ff. de suppl. leg. Alex. & alium
li. de oper. no. nunc. Fel. in prox. Decretal. Nem-
pe verba legis, statuti, vel alterius dispo-
sitionis, licet sint apposita a viris peritis, ta-
men debent intelligi secundum vulgarem
& communem usum loquendi, & secundum
loci consuetudinem. gl. in c. cupientes. §a. in
verbo. commode. de election. in 6. §. ibi Petr. An-
chara. §. Philo. Perus. gl. similis. in c. nonnulli.
de test. §. in l. 2. in prin. ff. de orig. iur. Vide Bar.
in l. si quis filius. C. de testa. tunc. rex. in l. do-
natio. de dona. Nec sufficeret exprimere æ-
quipollens nomini & cognomini exhibe-
re, cum sint de forma. ut dixi in tract. nomi. q.
14. n. 34. Bar. in c. Ioannes. per illum text. col. 2. de
testa.

Insinuare
quid.

b **Insinuare** Id est presentare, & ex-
hibere. c. insinuante. de off. delega. c. insinuatum.
de sino. vide tex. in l. fideicommissa. §. si ita quis.
ff. de leg. 3. §. in §. hoc verò iudicemus in auct. ut
nulli iudicium. col. 9. l. 2. C. de donat. & Anth. de
Canaro edidit tracta. de insinuatione, re-
spicientem insinuationem donationum, si
quis indigeat ad eum recurrat.

Quando
quis dica-
tur omisse.

c **Omiserint** Id est, non fecerint text.
§. ibi. gl. in l. de pupillo. §. si sicut ff. de oper. not.
nunc. forte tacendo per totam quadragesi-
mam. l. vna. C. quando non per. paries. Vel fece-
rint, sed non rite, nec debite, ut pote illi, qui

Insinuatio
vnius nomi-
nationis

text. videtur quod nominatus, vel procurator eius debeat requirere beneficiū sibi conferri in vim nominationis, vel gradus, si tamen sic non requisierit, sed simpliciter, an possit sustineri requisito, decide ex his quæ scripsi in tract. nomina. q. 14. nu. 11. versio. * Et dicitur tex. eo anno non poterit petere beneficia, & sic non perdit prioritatem, nec aliud etiam si longo tempore steterit ad insinuandum, quia postquam hic inferitur vna poena, aliam non vult infligi, vt plenè dico in tract. no. q. 14. quicquid alii dicant, quibus respon. ibid.

petere non, possint a: & si collatoribus ordinariis, aut patronis ecclesiasticis in mensibus deputatis graduatis simplicibus, aut graduatis nominatis non esset graduatus, aut nominatus, qui diligentias b præfatas fecerit, collatio seu præsentatio per collatorem seu patronum ecclesiasticum etiam eisdem mensibus facta c alteri

a *Petere non possint* Quandiu extant nominati vel graduati qui iure insinuaerunt: sed illis non extantibus, si collatio eis fiat, illud beneficiū petere poterunt, vt infra patet, vers. Et si collatoribus, arg. c. 2. de renunc. Idem si nominatus vel graduatus esset inhabilis, vt pote illegitimus vel alia inhabilitate notatus: tunc is qui non insinuauit, alio ritè qualificato non prosequente, poterit impetrare beneficiū à Papa si conferatur isti graduato inhabili, etiam si iure ille insinuaerit, quia alius etiam non grare potest, duatus & nominatus: ne sit deterioris conditionis ratione gradus aut nominationū. Et pro alio qualificato arg. l. Seruus ff. quod vi aut clam. c. eum qui. de præb. in 6. Imò literatus debet esse melioris conditionis. ca. in nostra. de proc. cap. pen. de præsumpt. Dico multa priuilegia in scholasti. priuileg. vbi in elucidationem

ad auct. habita C. nestius pro patre. Intellige quod non possunt petere eo anno, quo non insinuaerint beneficia in vim gradus, aut nominationum per se, nec per alios, quia perinde est ac si faceret, qui per alium facit, vt dicitur regula iuris. Et l. si de iur. se. ff. de vi & vi arma. Possent tamen petere nomine alterius graduati, qui insinuauit eo anno, quia multa alieno nomine possimus facere, quæ nostro nomine prohibemur. l. quæ sunt ff. de iur. voc. gl. in l. b. nulla. ff. de iud. Roma. in repe. l. si vero §. de viro sol. len. 37. ff. solui. matr. Docto. in c. i. de re. cr. in 6. Alex. cons. vlt. in 5. vol. Et sic nominatus vel graduatus qui non insinuauit, non potest petere beneficiū vacans in tempore eisdem statuto: sic nec ordinarius poterit eisdem providere prosequentibus aliis qualificatis. c. si clericus. ibi, nequibus, prætextu dicitur mandauit petere, nec tu de ipsa sibi poteris providere. de præb. in 6.

b *Diligentias* Ergo non sufficit vna fecisse, videlicet insinuasit gradum, & non tempus studii, vel insinuasit & non dedisse literas duplicata, quia pluralis locutio in vno regulariter non verificatur. regula Noua pluralis, de reg. iur. in 6. & fecisse diligentiam non debet non præsumitur, nisi probetur. no. in l. §. C. probare de his qui à non domi. manu. Et quis teneatur esse diligens? Resp. Nominatus, vel graduatus qui eam allegat. l. a. Bor. C. de prob. dico plenè in act. nom. q. 14. vbi etiam concludo nominatum teneri probare se insinuasit tempore quadragesimæ: quod est notandum. nam qui fundat se in tempore, illud debet probare. l. mar. C. de prob. l. eum actum. ff. de neg. gest. l. conpar. Et ibi lac. de prob. Quis ergo debet esse diligens? Nam & ipsa natura hominum desiderat diligentiam. l. quod Nerua ff. de pos. & in tantum quia diligens esse tenetur, quod si ea prætermissa, quid secus eueniat, non excusatur ex vitio naturali. l. si seruus seruus. §. si fornicarius. ff. ad leg. Aquil. & debet esse hæc diligentia utilis, & coniuncta bonæ fidei. l. si ita ff. de manu. test. & est mater omnium artium in opere suo: negligētia vero nouerca eruditiois. §. di. c. nihil. & quomodo pbe tur

Nomina-
tus etiam
si non insinua-
uerit, bene-
ficiū à Pa-
pa impetra-
re potest,
Et pro alio
qualificato
petere.

tur negligentia, vide per Bar. in consuet. clarissime domine. De hac diligentius scripsi in verbo, diligenti, in interpretat. auro. habita. C. ne filius pro patre, que tunc est cum scholastico privilegio.

Collatio a C. Alteri.) Ergo si collatio fuerit facta tanquam alicui tanquam idoneo, valebit, etiam si in mensibus graduatorum vacent beneficia, secus vero si ordinarius contulerit alicui tanquam graduato, qui non erat, tunc non valebit collatio. collator enim non erat intentionis conferendi non graduato, postquam hoc expressit: nam verba inuenta sunt, ut voluntatem expriment loquentis. *Labeo. ff. de suppellect. leg. 1.* Ideo quod ordinarius potuit, noluit, & quod voluit, implere nequirit. *l. multum. C. si quis alteri vel sibi. c. cum super. de off. deleg.* Et quia falsa expressio, seu causa debet vitare dispositionem quando requiritur ad substantiam, ut hic Bart. in l. demonstratio. ff. de cond. & de monst. [hoc assertit Lud. dom. cons. 483. dubitatur. n. 12. per rex. in c. ex parte Asten. de concess. preb. & Fel. in c. quod super. coll. 1. & seq. de fide instru. Proinde si alii graduati vel nominati, scivissent eum non qualificatum, petivissent beneficium, quod non petierunt, eo quod graduato dicebatur prouisum: & hoc modo collator semper conferre alicui tanquam graduato, ut aliis via precluderetur. Et sic preberetur materia delinquendi. contra l. conuenire. ff. de pact. dotul.

Item sicut processus est nullus, quando aliquis dicit se procedere tanquam delegatus, & erat ordinarius, tanquam ordinarius poterat, sed non tanquam delegatus, teste Bal. in c. cum ex officio. in fin. de prescript. Valebit tamen collatio, si ordinarius existimet beneficium vacasse in mensibus affectis graduatis: & sic contulit tanquam graduato, & talis erat, licet tempore libero beneficium vacasset, ut viderur concludere lo. de Selua, in tracta. de beneficio. in 3. parte. quest. 54. & in primo casu quod non valeat collatio, fuit iudicatum in hoc Senatu, & pronunciatum in vigilia purificationis virginis Mariæ, anno 1544. [Inter magistros Gallorum de Montereau appellante a præposito Paris. & Maturinum

Hureau intimatum pro beneficio. S. Victoris de Briton. diocesi Carnoten. Et idem fuit iudicatum anno 1548. dies. Maii, & in monte curiæ retentum etiam inter Petrum Bardault & Maturinum P. Anglois super præbenda sancti Laurentii de ville folle. diocesi Senonen. J

Arrestum.

Et sic est primus casus, quando confert alicui tanquam graduato, qui non est, & non valet, ut hic. * quod probat Lud. Ro. sing. 496. primus consultationis. & lo. de Selua. in tract. de benef. in 3. parte. q. 41.

Secundus, quando contulit alicui, non facta expressione tanquam nominatio in mensibus nominatorum, & tunc etiam non valet, ut dixi in tracta. nominatorum. q. 21. num. 3.

Tertius est casus, quod beneficium vacans in mensibus graduatorum sufficit esse collatum graduato, licet hoc non sit expressum tibi tanquam graduato. Et ita fuit conclusum in curia in processu Esclifon contra Marinum.

quam graduato vel nominato, non propter hoc irrita & censeatur. Si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium post insinuationem gradus aut nominationis, in mensibus eis assignatis

a Irrita censeatur.) Dummodo tamen conferatur idoneo & habili: alias contra, videlicet si conferatur hæretico, vel alias inhabili, de quibus scripsi in tracta. de pacifi. possess. in 4. limita & in c. graue. de preb. c. postulas. de cler. excom. minist. & hoc vult dicere hic textus, dum dicit, non propter hoc irrita censeatur, ergo propter aliud sic sumendo arg. à contrario, quod est validum. *l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd. c. eum apostolica. de his que sunt à præla.*

Quid si vacet beneficium in mense Iulio vel Ianuario deputato nominatis, & nullus sit nominatus, vel nullus insinuatibus graduatus, qui iure insinuat. ut possit ad illud beneficium petere? Videtur quod non, quia certa portio assignata est nomi-

Nominatus deficietibus graduatis admittitur.

natis, & certa graduatis simplicibus. Ergo vnus nō poterit habere beneficia alterius. §. *presarij ordinarij supra eo.* Secundō, videtur probare hoc verbum, non propter hoc irrita censeatur.

Contrarium credo verius, quia tertia pars beneficiorum est affecta literatis graduatis copulatiuē nominatis, si vacent in mensib. illis præstitutis. d. §. *presarij ordinarij.* & in rub. *des graduez simples, arc. 5.* & plenius art. 9. ibi, *de la tierce partie des benefices ecclesiastiques deuz & affectez, &c. in ordinario regis.* Si non sint nominati, adhuc remanet affecta graduatis. ergo illis debetur, quia quando vna res debetur duobus, vno deficiente alteri debet dari, & illi soli remanet affecta. l. *cum quis. ff. de solutio.* & quando debetur Stichus aut Pamphilus, vno mortuo, aliter solus dandus est. l. *Stichum. ff. de solutio. l. 3. §. idem Lulianus.* & ibi dicit. *de eo quod cer. lo. no. in §. huic quoque. insti. de actio.* Item non est verisimile, quod conditores statim se correxerint. l. *non ad ea. ff. de conditio. & demonstratio.* corrigerent se, si velent illam tertiam partem iam affectam qualificatis, non conferri graduatis.

Præterea ista concordata sunt introducta in fauorem literatorum graduatorum regni, & nominatorum, ut in *proemio supra patet.* Ad hoc graduati in suis mensibus grauantur, ut ordinarij habeat inter eos gratificationem, ergo in alijs releuari debent, videlicet vt eisdem debeantur beneficia, si non sint nominati, vel non prosequantur vacantia in mensibus nominatorum. *arg. l. cum qui. ff. de inreueran.* Vltius illud debet seruari, licet non sit scriptum, quando verisimile est, quod statutū fuisset, si quæsitum fuisset. *gl. sing. reputata. in l. tale pactum. §. fin. ff. de paci. secundū Barb. in tract. de prestan. Card. in 7. parte. partis. penult. col. & in repet. cap. Raynaldus. col. 97. & col. 109. & col. 137. de testamentis. & in rep. l. cum acutissimi. col. 21. C. de fideicom. las. in l. Barbarius. num. 3. ff. de offic. pret. & l. cum res col. 2. de leg. 1. & conf. 108. col. 3. vol. 4. & in d. §. fin. co. ressi ferme sexcentas allegationes in hac materia, quas mihi hic citare facile esset, nisi timerem turba allegationū*

lectorem fatigare. Item dicitur expressum illud quod fuit in intentione condentis. l. *cum mulier. ff. sol. matr. Ang. per. illam. textum. §. insti. de leg. patro iure.* Et prouisio testatoris facta in vnum casum pertrahitur ad alium. in quo verisimile est testatorem idem prouidisse, si de illo cogitasset, aut de eo fuisset interrogatus. *text. solent. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. & ibi dicit Iason.* quod dispositio facta in vna persona extenditur ad aliam, si ex coniecturis colligi possit, quod disponens idem disposuisset, si fuisset de illa interrogatus. Sed verisimile est, quod conditores qui ista fecerunt in fauorem literatorum, si fuissent interrogati deficientibus nominatis, an beneficia in illis mensibus vacantia debeantur graduatis, respondissent, quod sic, quia octo menses liberos tantum reliquerunt ordinarij ergo alios quatuor voluerunt esse affectos & graduatis, & nominatis. & alterius deficientibus alteris accrescere, cum sint conuincti, & re & verbis. *de quib. in l. re conuincti. ff. de leg. 3.*

Non obstant in prædicta primum, quod certi menses sunt statuti nominatis & certi graduatis, ergo beneficia nominatorum non debentur graduatis simplicibus: alioquin vana esset assignatio supra d. in §. *presarijque ordinarij.* Resp. Etor extantibus nominatis qualificatis graduatis, non debentur beneficia vacantia in mensibus præstitutis nominatis, sed illis non extantibus, vel minus qualificatis. Tercio, idem regula singulis referemus vtrique statuti. Nec obest prædicta declaratio posita in d. §. *presarij*, quia fuit facta confessionis solvenda gratia inter graduatos & nominatos, & ne inter eos lites orirentur. *per illam rub. infra,* declaratio primi mensis. Tamen non intendit aliquid tollere graduatis, quominus semper sit eisdem affecta illa tertia pars, alioquin sequeretur, quod non stantibus aliquibus nominatis, non esset affecta tertia pars, sed tantum dimidia tertia, quod esset loqui contra dictum §. *presarij* & ordinationes regias, & venire contra mentem conditorum, & verba quæ assignant tertiam partem, & non solum dimidiam

diat tertiae. Ne refragatur iste tex. hic, sed mecum facit, dum dicit collationem non esse irritam, quando graduatus aut nominatus diligentias non fecerit: ergo si aliter fecerit diligentias, collatio erit irrita sumendo argumentum à contrario, quod est validum. *c. cum apostolica. c. de his que sunt a prelat. Et sicut primo nominato deficiente venit secundas, ut habetur in §. seq. ita & nominatis deficientibus, vel non rite qualificatis debetur beneficium etiam vacans in mensibus nominatorum graduatis rite qualificatis & ista opinio est æqua & iusta, quæ tenenda est Et deficientibus nominatis secularibus, an debeatur regularibus, vide in §. volumus in fin. infra eod. ubi dicitur conformitatem, videlicet beneficia secularia regularibus, regularia regularibus esse conferenda.*

vacans petierit, a & inter suam insinuationem & perfectam requisitionem non superuenerit quadagesima in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem b ipsumque illud consequi posse & debere de cernimus.

Petere de hoc beneficiis graduatibus & nominatis. ut hic.

Petierit. Nominatus ergo & graduatus beneficium petere debet per se, vel alium suo tamen nomine, si velit obtinere, alioquin collatio alteri facta tenebit, ut hic. Hoc enim iudicium dicit iurisc. ful.) certam conditionem habet, si postulatam fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de donm. inf. et. & magistratus qui non dedit tutorem, tenetur, si interpellatus fuerit. l. 1. §. magistratibus. ff. de magistrat. conuenien. facit quod non valet processus, si iuramentum calumnie nõ præstetur, si fuerit petiturum intelligitur: aliàs sic. not. in l. 2. §. sed verum. C. de iur. iurand. prop. cal. dan. c. 1. eo. tit. in 6 Dec. cons. 607. & seq.

Item si lex mandet præstare fideiussores aliàs annullat actum, si fideiussio non fue-

rit petita, actus non erit nullus. Paulus in l. vniuersa. C. de precibus impera. offer. per l. peto §. fratre, ibi. si cautio non fuerit postulat. ff. de leg. 2. ubi etiam dicit idem Paulus se respondisse ad quæstionem statuti dicentis, quod appellans petens restitutionem, debet cauere cum fideiussoribus. de reficiendis expensis, & aliter processus non valebit, si cautio non fuerit petita processus non erit nullus per illum text. imo si iudici imponatur pœna, si causam non expedit in instantiam, non imponetur illa pœna, si pars non requisierit, & institerit, secundum Panor. in cap. pen. col. vii. de iud. Barb. in cap. de causis. col. 6. de offi. deleg. facit text. in cap. significasti in fin. ibi. si petierit de eo qui duxit in matrimon. Multa alia possem adducere, quæ de industria omittere tamen Hippolicum in l. vniuersa. §. cogniturum. 2. nota. ff. de quæstion. & in sua practica. §. nunc videndum. est. col. 2. cum sequen. vbi plene videre licet. Ego multa addidi ad dictum §. hoc autem iudicium. & ad cler. vnicam de foro compet. in fin. vide Felm. cap. si autem. col. 3. num. 4. de rescript. & in cap. ex reuore. in fin. & ibi in additione. ad eum, ibidem. [De hac requisitione debet fieri instrumentum publicum, alioquin non credetur nominato per text. in cap. 1. de senten. excom. in 6. vers. 1. ibi, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel literas testimoniales confici sigillo autentico consignatas. facit gloss. in cle. causam in verbo si petita. de electio.] Intelligitur autem nominatus & graduatus acceptare beneficium, petendo sibi conferri per ordinarium, quado poterat illud requirere, quia vacauerat in tempore eisdem debito, vel recipiendo beneficium sibi collatum. gloss. not. in ca. 1. in verbo, post acceptationem. de concess. preben. in 6. per text. in cle. vna. illo tit. vel aliàs. ut per dominos de Rota decisio. 432. licet in dubio in nouis. & decisio. 23. rubr. de preb. in eisdem deci. Et duplex est acceptatio, quædam quæ fit ante collationem, altera post, ut per Bonifacium in cle. si plures per illos text. de preb. [Et acceptatio est declaratio mentis, ut scripsi in gl. vii. in vers. 3. falsi infra de

Instrumentum requisitionis beneficii fieri debet.

Acceptari beneficium quando dicitur.

de excomm. Paul. Paris. confi. 117. si querimus. sol. 2. vol. 4.

Beneficium an sine peccato possit peti. An possit quis sine peccato petere beneficium? quod non, si non procurat prodesse, tradit Ang. in summa Angeli. in verbo, beneficium. §. 32. Et Pan. Et alii in cap. cum M. in 4. nota. de confi. Collect. in cap. episcopus. de prebend. sed hodie pauci hoc cogitant, sed petunt iuvenes, virgines, senes cum iunioribus atque ut breui dicam petunt omnes ferme [Et mulieres, quib. hodie non dicitur id quod Christus in Euangelio, Nescitis quid petatis, sed communiter obtinent, & pro iniustus frequenter. unde

Tria in petitione consideranda.

melius esset ut consulerent, vel alia facerent, quam indignis procurare beneficia, sed neiciunt quid faciunt.] in petitione consideranda sunt tria. Primum quis petat, gratus, videlicet non odiosus, quia cum is qui dupliciter ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. in summa. 49. dist. Lucas de Penna in rub. de legatio. C. in primo requisito lib. 10. Secundum est quid petatur, an sit iustum vel iniustum, nam iuste petentibus non est negandus assensus. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni. in r. & Jacobi. 4. cap. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. & dicitur stulta petitio. in l. Domini. ff. de testam. Tertium considerare debemus, a quo petatur, videlicet an is, a quo petitur, concedere potestulatum possit. l. vniuersis. C. de precibus in p. & Esai. 7. cap. Pete tibi signum a domino Deo tuo. & Sap. 13. cap. in fin. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, &c.

Tria in nominato requisita.

Et sic in nominato tria requiruntur. Primum in principio videlicet idoneitas, in medio continuatio, perseverantia, ut videlicet singulis annis insinuet nomen & cognomen. 3. requiritur consummatio siue perfectio, videlicet ut vacans beneficium tempore prestituto conferri sibi a collatore petat, ut hic, teste Bal. in simili. in c. fin. col. 2. de pre. et, quae notes.

Nominatus ante no-

b Capacem. Quia nominatores ligant a tempore primae insinuationis, ut

dicitur in §. si quis vero supra eod. Ideo si vacans beneficium litam facta insinuatione, & nullus alius reperitur antiquior nominatus, huic debetur, ut hic, vel si sit graduatus, poterit in mensibus eiusdem prestituti gratificari, ut dicam in §. seq. & sic patet ex hoc textu, quod in primo anno insinuari debent literae gradus, & aliae insinuando nomen & cognomen sine literis, si tamen in primo anno vacauerit beneficium, poterit requiri, ut hic, etiam ante insinuationem factam de nomine & cognomine separatim sine literis, & ita profecto debet intelligi iste textus, licet multi male intelligant & sic potest teneri conclusio, quod sine insinuatione beneficium nominato debetur, intellige, sine insinuatione solius nominis & cognominis quando vacat beneficium primo anno, secus diceretur sine insinuatione nominis facta in literis, quia non potest negari insinuationem nominis factam, cum literae gradus & aliae exhibentur, sed insinuationem fit separatim, ut dico in tractatu nominato in q. 14. licet dicant quidam per huius finem text. insinuationem posse quolibet tempore fieri, quod non est verum, in ipso isto tex. ac consuetudine & usu Franciae. Unde iurisc. ait, si diurnarum, aut nocturnarum horarum aqueductum habes, non possum alia hora ducere, quam in qua habeam ius ducendi. l. 2. ff. de aqua quod d. Sic nec nominatus, vel qualificatus, poterit alio tempore extra quadragessimam insinuare, & hoc iure vitinari dicit. l. 3. ibidem. [& sic haec clausula in fine posita refertur ad literas etiam gradus & temporis studii, ut debeant tempore quadragessimae insinuari. arg. l. talis scriptura. in fin. ff. de leg. 1. & cap. 2. requirunt de appell. & ne vna res insinuatio, diuerso iure censeatur. l. cum qui de des. ff. de usucap. scripti abundantius in tract. nomi. q. 14. num. 5. & seq. ubi alia vide.

§. STATVIMVS. I.

Collatores & patroni possunt gratificare vni ex graduatis, recte qualificatis, quo ad beneficia in se. eis deputatis vacantia, sed nominatio antiquiori

conferre debent beneficia in mensibus in additio
vacantia, sed pluribus in eadem data concurrentibus
cui hoc videatur in text. vide.

Statuimus quoque & ordinamus, quod collatores ordinarij & patroni ecclesiastici prefati inter graduatos, qui literas gradus cum tempore studij & attestatione nobilitatis debite a insinuaverint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia b gratificare c possunt illum.

Collator non potest habere pro insinuato cum qui non insinuavit.

Tres habet partes. Prima, declarat pluribus graduatis existentibus cui sint beneficia conferenda, si in mensibus illis prestatitis vacent. Secunda, statuit de nominatis, cui conferendum sit, & dicit antiquiori. Tertia, tradit quando omnes nominati sunt eiusdem datæ, quis præferri debeat. Secunda, ibi, quod verò ad beneficia. Tertia, ibi, concurrentibus autem, &c. & est §. primus Statuimus, quia infra est alius §. si incipiens.

a Debitè. Id est iure, & sic non sufficit insinuare, nisi iure insinuetur, quia illud intelligimur posse, quod possimus iure. *l. nepos Proculus. ff. de verb. sign. gl. in §. emancipatos. Et ibi Bauer. instit. de exhered. libero.* Requiritur ergo vera insinuatio, nec possit collator isti insinuationi renunciare, & habere pro insinuato, tum quod ius publicum non potest remittere, nec formam hic constitutam. *l. quidam in pr. ff. de administ. tuor. tum ratione fraudis vitandæ, tum etiã quia homo privatus fingere non potest, vt not. in l. si quis ff. de vsuca.* De in insinuatione donationis hoc expressim tenuit Guido Papæ, *sing. 273. Cy. in d. l. si quis, &c.* Scripsi in §. prefatig. graduati, in si. supra eo. [Nec credi debet collatori de insinuatione, nisi probetur, imò qui sub falsa insinuatione beneficium obtinuit, intrusus, & fur est, & tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos recepit. *c. post translationem. vbi doct. de renuncia. c. dilecto. vbi Henric. Bois. de prob. &*

cum non sit pastor, non tenentur oues ei obedire, *teste Siluestro in sua summa in verb. beneficium. 3. n. 20. Et in c. nouimus. in si. de verb. sign.* sic scribitur pro illo falsario scelerato quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam poenitentiam ipsum includas, pane doloris & angustie sustentandum, vt commissã desleat, & stenda ulterius non committat, & melius est, vt in hoc seculo agat poenitentiam, quàm si igni perpetuo in inferno crucietur.] Patet etiam hic quæ debent insinuari per graduatos ex necessitate. Primò, literæ gradus. Secundò, literæ temporis studij. Tertiò, literæ attestatorie nobilitatis si fuerit nobilis. alioqui prædicta duo sufficiunt, nec de necessitate alia requiruntur cum text. non dicat. *Vide tamen que in tractatu nomina dixi in 14. q. prim. in 6. q. & cum hic habeamus determinationem, non debemus, ulterius inuestigare rationem, nec alia quærere, vt dicit Bald. in l. gallus. §. si eius. nota. 2. de liber. Et posthu. refer. Yas. consuet. quia in dicto. in 4. volumine.*

Que debet graduati insinuare.

b Vacantia. Siue per mortem, quæ omnia soluit. §. deinceps in arch. de nupt. col. l. 4. vide tamen casus in quibus beneficium non vacat per mortem per Felin. in ca. cum accessissent. col. 2. de constitutio. utpote si sint vnita, vel quando præbendæ non sunt distinctæ, vel de menta, vt ibidem dicitur *glo. in c. si propter. de refer. in 6. in verbo, vacabunt. Et in c. quia. de præb. illo lib.*

Vacare quando dicitur beneficium & nominatio debet.

Intellige debet nominatis vacantia beneficia tempore statuto, etiam si vacent ob non promotionem. *ca. licet de elect. in 6. vel per adaptionem episcopatus. c. cum in curia. §. cum vero. de elect.*

Idem si adipiscendo aliud beneficium incompatible. *c. de multa. de præb. Et idem per contractum matrimonium. c. de cler. coniu. vel sponsalia per verba de præsent. glo. Et doct. in c. vno illo tit. in 6. & idem in aliis vacationibus. Ferè de quibus per doct. & maxime per Io. Francif. in tracta. de offi. & potesta. capituli sede vacante. in vltimo præludio.*

Fallit tamen quando vacat per resignationem simplicem, vel permutationis cau-

KKkk

la factam, ut in §. polumus, vers. in super infra eo dico in tract. nominati. q. 15. nu. 50. 30. modos quibus vacant beneficia, scripti in §. monasteris, in verbo vacantibus de nomina. reg. supra.

Gratificare quid significat, & quis possit.

C. Gratificare. Gratificauit nos Deus in dilecto filio suo, ad Ephes. 1. c. & gratificare est gratum facere, text. in ca. in domo. §. sic ut q. 1. ibi gl. de premi. dist. 4. & sic vult dicere text. quod collator potest ex pluribus graduatis vnum eligere, & eidem conferre beneficium, quod vacat in mensibus praestitutis graduatis. & sic est liberalitas & gratia in cui conferendo, gl. in c. reuatum de preben. & in c. quamvis, r. d. l. ut. in 6. & non mera, quia eligit vnum de certis, videlicet de graduatis. & sic quodam modo necessaria videtur, ut dico in tractatu nomination. q. 14. numer. 79. & ille, cui fit gratificatio, est naturaliter obligatus ei, qui eum gratificauit, secundum Panor. in c. post electionem. notab. primo. de concess. preben. per text. in c. cum in officio. de testa. & in quibus casibus fit locus gratificationi, vide text. & ibi gl. in l. ff. de religio. & sumpt. funer. & per Alex. in l. si Titius in ff. de verb. obliga. & Barbo. in l. si vero. §. quod vero senectute. commod. l. si non expedierit. §. quod si utroque de bonis aucto. iudic. possit de ff. l. pupillus. que in fraudem cred. Rom. singulari. 698.

Papa & legatus gratificare possunt.

Sed an legatus possit gratificare, dixi quod sic in tract. nom. q. 17. n. 16. dubitant quidam in Papa, cum non sit dubitandum, quia retinuit sibi maiorem potestatem, quam concesserit. e. dudum. de preb. in 6. & quia plenariam potestatem super beneficiis (ut iure cautum est) habet, adhuc irrita decernit. §. primus. infra de firma. & irrevocabilis concordia stabili. facta contra ista concordata ergo secundum concordata facta valent etiam per Papam, aliam sequeretur absurdum quod minoris esset potestatis, quam ordinarius. Et tamen cum omnibus collatoribus concurrat, si eo tempore, in l. lo. a. Monas. de elect. in 6. dixi in §. si quis vero. supra eod.

Plura beneficia an possint gratificari in dictis mensibus vacantia, etiam compatibilia, gratificando vni conferre, tum ne quis vendicat stipendia plu-

rimorum, e. quia de elec. non resp. & ne vnus graduatus ebrius sit pluralitate beneficiorum, & alius e. furia. ut dicit D. Paulus. 1. ad Cor. 11. Tum etiam quia indigentia plurium graduatorum debet subleuari, & non vnus ditari, e. quia in tantum. de preb. vbi etiam aliae insignantur rationes pluralitatis reprobatae, [tamen contrarium seruatur in curiis supremis: nam nominato plura collata beneficia in vno & eodem episcopatu adiudicantur, dummodo sit rite qualificatus. [Adhuc quia concordata, in proemio patet, volunt prouideri graduatis pauperibus, ut dico in tract. nominati. q. 3. & qui habet beneficium, non est pauper, cap. postulasti, de rescrip. & non est intentio Papae, quod persona pluribus redditibus abundantes pauperes clericos super beneficiis inquietent. ead. aures. de rescrip. Item ratione fraudis vitandae, quia ordinarius conferret plura beneficia vni in fraudem alterius graduati, qui primus promittere restitueret vnum ordinario, & sic alij pauperes graduati non haberet beneficia. certe his malitiis obuiandum est. e. sedes de rescrip. alioqui vnus graduatus, vel canonicus, vel collatori propitius haberet omnia beneficia in mensibus graduatorum. Ad quod debent aduertere curiae supremae, quia multae indies agitantur & exercentur calumniae contra nominatos & graduatos: & vix confert ordinarius & nominatis aut graduatis, nisi illicitis paetionibus praecedentibus, aut suis promittentibus aliquid dare vel facere.

Item habens literas expectatiuas à Papa ad tria beneficia, vnum tantum beneficium obtinere ab vno collatore poterit, in nuncupatum scribit Cassado. in deci. vrb. de concess. preben. Quod est valde accommodum huic decisioni, cum nominationes sint quales gratiae expectatiuae, ut in tract. nomination. scripsi. Ideo distributiue accipientur, non collectiue, quia Papa in dubio non videtur velle collatorem grauare in duobus. cap. mandatum. de rescrip. Sic nec nominationes, & sic dicunt quidam in nominationibus, hoc obseruari, sed in graduatis non, [quibus potest collator vsque ad summam illis praestitutam

titutam conferre in his mensibus, & hoc seruetur.]

Postremo non est idoneus ad beneficiū quāquam vnū habet. *et is cui de preb. in 6. vbi dicit Perus. 2. no. quod habens potestatem conferendi idoneis, non potest super pluralitate dispensare, & sic habenti beneficiū aliud conferre. & idoneis beneficia sunt conferenda. ut in §. prefatiq. ordinarij. Et ibi dixi supra eod. & singula beneficia singulis sunt committenda. cum singula de prebend. in 6. Idem nominatis dicere, ut antiquo-ri nominato duo beneficia simul vacantia conferre vnus collator non possit, vt non occupentur plura in vnū se comoda collaturi, nihilque reliquis relicturi. *tenr. egregius in hac parte. in si. C. de prox. sacrosanc. sermo. lib. 22.* Nam ideo inuentam est, vt plures nominationes dentur, vel ad plures collatores, & qui plures non haberet, vel ad plures, ei esset imputandum: quia ab vno sufficit semel esse prouisum, quo ad illum. Nam sermo intelligitur de primo. *l. hōes. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. facit quod no. Perus. in c. quamuis. x. l. de preb. Nec refragatur quod illa duo non excedant summam taxatam in §. volūm. infra eo. esto sanē, quia à diuersis potest vsque ad summam illam sibi facere prouideri, non ab vno. ideo facta antiquiori prouisione de vno, alter succedit cui debet de secūdo prouideri: alioqui fieret fraus, ut supra dixi, & antiquior nominatus totum deglutiret, & alij nihil haberent. Hęc tamen vt prædixi non seruantur curiæ, licet videantur iuridica.] Limitarem non procedere, quādo ex alio collatore nominatus non possit petere sibi prouideri, ut pote quia erat nominatus ad regularia, & alter episcopatus est redactus in secularē, tunc in alio episcopatu regulari, in quo est nominatus, debet sibi prouideri vsque ad summam in d. §. volumus. infra eod. vel si omnia ferē beneficia vnita sint, in reductione ad secularē, tūc nominatus compellere poterit proximū episcopum vbi est nominatus, vt vsque ad summam ei prouideat, cum per eum non stet, ei non est imputandum. *in iure ciuili. ff. de reg. iur. & in hoc maxime debet inspi-***

ci qualitas personæ, & in foro conscientie melius esset, quod in vno episcopatu vni prouideretur quā in diuersis, quia melius posset graduatus & nominatus seruire duobus beneficiis proximis, quā multis remotis: & tolleretur materia vagationis prohibita in ca. quia in tantum. de prebend. & expediret quod non esset aliquis nominatus, nisi in vno loco, sed antiquiori prouideretur prius, & postea aliis vt hic statutum est, & antiquior haberet optionem, donec sibi congruē prouisum esset sine fraude. *¶ An sola petitio afficiat, vide in l. cum quidam. in 2. ff. de leg. 2. Et ibi Imol. col. vi. vbi habetur, quod requisitio vnus graduati afficit beneficiū, ita vt ordinarius non possit non qualificato conferre. tamen nō afficit alios qualificados, quo minus requirere possint. argu. illius. Et ita tenet ibi Paul. vide gl. in verbo, disposuerit. in §. si quis vero. supra eodem.*

Nec afficit requisitio graduati quo minus collator possit gratificare habilem, per istum textum, ubi, quem voluerint, &c. Etiam post requisitionem, alioqui esset in potestate graduatorum requirendo auferre eis gratificationem, quod non potest fieri, nisi vt supra scripsi, quando semel habuit. Nec obstat glo. in §. quod si quis. in verbo tempore vacationis. eo. tit. in prag. vbi dicit posse nominatum acceptare beneficiū, si non habeat summam taxatam in d. §. volumus. quia hoc intelligerem; quando non haberet, nec vnquam habuit, secus si illi fuerit semel prouisum ratione gradus, vel nominationum vsq; ad summam, & is resignat postea, vt non sit amplius capax ad excludendum alios nominatos, vel graduatos, qui nihil habuerūt per rationes prædictas. *not. incha. in c. is cui. 3. not. de preb. in 6. Et sic fuit conclusum, & in mente curiæ retentum. An. 1547. die 14. Augusti. in hoc senatu, esset tamen capax quo ad ordinariū nominatis nō existentibus, quia ista in fauorē nominatorū fuere introducta. & graduatorum vt supra non semel dixi. etiam si illa beneficia alio iure habuerat posset vt vnū non suis nominationibus. ut dixi in §. seq. & potest variari.*

Sola petitio an afficiat.

Resignans beneficiū an sit capax nominationum.

Arrestum.

Gratificas vnū non potest variari.

riare. arg. l. serui electione. ff. de leg. 1. c. vna. de renuncia. gloss. not. in cap. causam. de electi. quia functus est officio suo, etiam si inhabilem & minus idoneum gratificasset, intellige ut dixi in gloss. dispositiones. §. si quis vero, supra eo. vide Ancha. cons. 214. Francis. col. 1. & seq.

Caueant tamen collatores, ne in animarum suarum perniciem bonis & doctis alios ignaros etiam suos præferant, de his enim cogitare debent exactam se reddituros rationem, ut scripsi in repetitio. ca. postulat. de clerico. ex com. minist. & in tract. nominat. q. 21. Nempe comparatis omnium graduatorum moribus præferre debent, quem magis illis præditum inuenient. l. si ff. de collusio. de regend. nam dicit tex. in l. 3. §. sed si mulier. vers. tamen plures. de libero. hom. exhib. quod is eligendus est, qui idoneior est, & optimus ex fide, & dignitate eligendum, quod pauci faciunt, sed vix illis, qui hæc non seruant. De clausula gratificationis apponenda in impetrationibus, dico in tract. de pacif. post. nu. 300. limitata. 12.

ex eis, quem voluerint. Quo vero ad beneficia in mensibus graduatis nominatis deputatis antiquiori *b* nominato conferre, seu antiquiorem *c* nominatum, qui literas nominationis temporis studij & atestationis nobilitatis debite insinuauerit, præsentare seu nominare teneantur.

a *Quem voluerint.* Et sic hoc verbum in prophanis importat liberam voluntatem. l. fidei commissaria. 2. §. si ff. de fidei com. libe. l. cum quidam. de leg. 2. glo. in verbo videbitur. in extranea. ad reprimendum, quomodo se se manifesta. crimi. proceda. tamen in beneficiis importat voluntatem iure regulatam. c. graue. de præb. & ibi plene doct. c. cum in cum. de elec. Etiam si diceretur, sicut voluerit, & quibus voluerit, adhuc de habilibus intelligi debet. c. si manifeste. 12. q. 1. Barb. in c. 1. col. 2. de success. ab intest. Et quando datur ampla potestas, intelligitur dummodo quis ex fide agat. text. in l. creditor. §. Lucius. & Barb. ff. man-

Verbum
voluerint
quid signi-
ficet.

da Bal. in c. cum in iure. nu. 9. de off. deleg. Alex. & las. in l. si sic. ff. de leg. 1. & nota quod quando subiecta materia suadet ut verbum voluerit intelligatur de voluntate rationabili, & iusta, tunc sic intelligitur. tex. & ibi gl. in c. 1. in verbo voluit. dist. Felin. in c. significauerunt. col. vlt. de testib. [Non poterunt tamen gratificare eum, qui non studuit per tempus statutum. in §. præterea. supra eo. per istum tex. ibi ex eis, quem voluerint, & sic ex recte qualificatis gratificare debent, si extent, alioqui illis qui studuerint triennium. iuxta §. statutus. 2. infra eo.] dico in tracta. nominat. q. 21. prin. vbi dico qualis debeant gratificari. videant ibi collatores. nec posset nominatus aut graduatus appellare, ne alius gratificetur, cum ista collatores possint iure facere, & sic appellauerit graduatus, appellatione non obstante valebit collatio alteri idoneo facta. Pan. per illum tex. in cap. pastoralis. 1. no. de iure par. vbi dicit presentatum non posse etiam appellare, ut alius non presentetur per patronum, quia iure hoc fit, & indultum à iure beneficium nemini est auferendum. regula, indultum. de regulis iur. in 6.

Posset etiam collator suum naturalem legitimatum, & rite qualificatum gratificare, per hoc verbum voluerit. & laus dixi in §. præfatus ordinarij. gl. idoneis. supra ead. facit quod si Papa faciat gratiam episcopo, quod possit conferre duo beneficia vni ex suis clericis, cui volet, non tamen poterit ea conferre illegitimo, quia indulgentia est secundum ius commune interpretanda, teste Collecta. in c. ex parte. de concess. præbend. sed si sit legitimatus, sufficit. Per. de V bald. in tract. de success. ab intest. in vlt. modo legitimandi.

Quid debeat agere nominatus, quando ordinarius confert inhabili? Respo. adhuc pro nominato requirere ordinarium debet, ut sibi conferatur. quid si denegat? ad superiorem ibit, à quo collationem habebit. §. si quis vero supra. in l. eo. dixi in tract. nominat. q. 17. vide Pan. in ca. cum hili. cor. autem. de iure par. Et si tres gratificent qualificatum, septem vero conferant non graduato, valebit collatio minoris partis, quia minor pars dicitur facere ex voluntate, concordato.

cordatorum: ideo possunt executores co-
cordatorum dici, secus in aliis. vt fuit pro-
latum arretum pro magistro du Four,
contra Guibaud & Cheruyn, super præ-
benda S. Martini, extra muros Rupellæ,
facit quod no. Pan. in e. dudum. i. not. vlt. de elect.
Vbi electio à maiori parte facta de in-
digno, non valet, sed à minori parte facta
sic, & est confirmanda, quia eligentes in-
dignum fuerunt priuati potestate eligendi,
quæ remansit apud minorem partem di-
gnum eligentem. per c. in cunctis. in fi. de ele.
Item vbi sunt plures executores, & vnus
digno contulit, alii indigno, valet collatio
facta de digno. ca. duob. vbi no. de rescr. in 6. sic
dicemus in hoc casu, & pro hoc consului.

b Antiquiori. Antiquiorem dico nõ
ætate maiorem, vt in auth. de monach. in §. or-
dinationem. colla. i. sed tempore, id est, qui
primò fuit nominatus. c. fi. 17. dist. glo. in verb.
antiquiores. c. fi. de consuet. in 6. Aliquando an-
tiquior dicitur, qui diutius administrauit,
& sic ratione administrationis. tex. in c. 1. de
paro. & ibi doct. Fuffus declaro. in tract. nomi-
nationum, q. 21. vbi videre licet.

c Antiquiorem. Habilem. quid si no-
minatus habeat beneficium curatum, an
simile teneatur ordinarius conferre eidem?
facit text. hic quòd sic. §. sequens. vbi potest
vsque ad ducentos florenos habere. tex. ta-
men in c. ordinarij. §. conferendis. de offi. ordi. in
6. decidit non teneri eidem nominato cõ-
ferre, si antea non ostendat dispensatione
sufficentem. vide ibidem. & in trac. nom. q. 14.
n. 43. & gl. in verb. non possit. §. volumus. infra eo.
Et per hoc patet non obesse antiquiori, li-
cet iunior prius habuerit collationem quã
antiquior, dummodo Papa non præuenie-
rit. §. de clar. antes. de mandauis. infra.

Concurrentibus autem nomina-
tis eiusdem a anni doctores b li-
centiatis, licentiatis baccalau-
reis, demptis baccalau-
reus in theologia, quos fauore
c studij theologicij licenciatis in
iure canonico, ciuili, aut medici-

na d præferendos esse decerni-
mus: baccalauros iuris canonici,
aut ciuili, magistris e in artibus
volumus præferri. Concurrenti-
bus autem pluribus doctõribus in
diuersis facultatibus doctõrem f
theologum doctõri in g iure: do-
ctõrem in iure canonico, doctõri
in iure ciuili: doctõrem in iure ci-
uili, doctõri in

a *Eiusdem anni* Nec refert siue fue-
rit quis nominatus in principio quadra-
gesimæ, siue in fine, nec maiorem ha-
bet prærogatiuam is qui in principio
quam is qui in fine quo ad hoc, nisi con-
currerent, vt inferius scribitur, etiam si is
qui primò erat nominatus, non tamen an-
tiquior, prius suas præsentasset nomina-
tiones, quia hic non attenditur præsentatio
prior, sed antiquitas, quod secus est in
mandatis, quando in data pares sunt. text.
in c. duobus. de rescr. in 6. dicas tamen, vt infra
verf. & si in eisdem, & c. & per Barrol. in l. ff. de
obseq.

In nomi-
natis eius-
dem anni
qualis sit
præroga-
tiua.

b *Doctores.* Cuiuscunque facultatis
fuerint. ideo doctor in medicina præfer-
tur licentiato in decretis, & in iure ciuili,
quando sunt eodem anno nominati, dum
tamen famosa, vt supra dictum exiit. [Et
sufficit quod sit doctor tempore vacati-
onis beneficii, licet non esset tempore no-
minationum, quia quo ad habilitatem in-
spicitur tempus vacationis. §. seq. & c. ci. cui.
de præb. in 6.]

Nota tamen quòd nullus potest esse
cancellarius ordinis S. Michaelis, nisi sit
doctor theologus, vel decretorij, aut saltè
licentiatus in istorum altero. Et episcopus,
vel archiepiscopus, vt vidi in fundatione
ordinis militiæ S. Michaelis, edita per Lu-
douicum regem sanctum.

De cancel-
lario ordi-
nis sancti
Michaelis.

c *Fauore.* Multa in fauorem studij
theologicij priuilegia comperta sunt, quæ
tradunt iura & doct. in rub. de magistr. per to-
um. & ego latè scripsi inter priuilegia scho-

barium, que congesi in auri, habita. ne filius pro
patre. C.

Aut medicina.) Secus ergo si esset
licentiatus in utroque iure, vel in iure ci-
uili & medicina, quia vult preferri bacca-
laurium formatum vni, ergo non utriusque:
quia duo vincula sunt vno fortiora. ca. 1. de
ereug. & pace. & doct. in c. clerici. de iudi. dico in
d. pract. nom. q. 26. princ. Nam absurdum esset,
quod baccalaurius formatus preferretur
licentiato in utroque vel doctori, ut conclu-
dit gl. reg. cancell. in 4. parte. nec vult hic text.
contrarium, licet forte esset difficile obti-
nere in practica.

Magistris in artibus.) Qui in hoc
conditores defecisse dicunt, tum quia
baccalaureatus non est gradus, tum quia
ipsi dicunt se habere dignitatem, per gl. in l.
lege in princ. ff. ad leg. Iulian. de vi publ. quam
baccalaurei etiam in theologia non habent
secundum eisdem, ideo dicunt ex affecti-
ne ista concordata esse facta, & acceptione
personarum in euangelio reprobata. &
ad Rom. 1. & Act. 10. c. hic esse admittam. Qui-
bus respondetur quod & si in Italia bac-
calaureatus non est gradus, nec requira-
tur ad doctoratum. gl. in reg. cancell. Iulii 2. in
3. parte, tamen in Francia est gradus: & qui
habet gradum in nobiliori facultate, est
preferendus alteri, qui in infirma faculta-
te habet gradum, sicut sunt magistri artium,
qui habent tantum gradum primauium,
& preparatiuum ad alios gradus: & ideo
alii gradus isti preparatiui preferri debent,
sicut dicimus, quod tonsura est ordo, & a-
pud canonum professores, & apud theo-
logos mo. c. cum contingat. de eta. & qual. Syl-
vester in summa, in verb. ord. a.

Item maiorem dignitatem habere dici-
tur graduatus, in nobiliori facultate quam
alius non sic graduatus, & per consequens
baccalaureus in medicina est maiori di-
gnitate præditus, quam magister artium:
tum quia habet duo vincula, & duos gra-
dus communis, videlicet & gradum ma-
gisterii in artibus, & gradum baccalaure-
us in medicina. Et si non haberet gradum in
artibus, tamen quia habet scientiam artium,

& vltra habet etiam nobiliorem scientiam &
gradum in ea, ideo preferri debet illi ma-
gistro artium, & sic conditorum affectio fuit in
bonum, & ob id laudanda. l. nec ei. §. coram.
ibi. sancti simi affectione ducti. ff. de adop. Secus
si in malum, lo. 7. c. fugienda est turba affe-
ctuum malorum.

Nec dicitur acceptio personarum, quā-
do circa inæqualia seruatur inæqualitas.
Nam & Deus hæc facit. c. ad hoc. 89. d. si. qui
ordines dignitatum secundum merita ha-
bet. Pan. in c. de multa. col. 3. de prob. Et Thomas
secunda. 2. q. 73. & Sylvester in sua summa, in
verb. acceptio, post angelum de Clauis. in eodem
verbo, igitur cessent magistratum oblo-
qui in conditores, quia iustè leges huius
tituli & sanctè tulerunt, ut lippis & ton-
sibus patere potest, quod adagio dicitur. de
quo gl. in l. quidam cum siltum. ff. de verb. obl.

Doctorem theologum.) Ab vniuer-
sitate promotum, & non sub bulla. §. 1. & §.
2. supra eodem probatur etiam in §. prefatus.
supra eodem, ubi tenetur fidem facere de li-
teris gradus signatis ab vniuersitate. ergo
si sub bulla nil eidem prodessent, vide quæ
dico in trac. nominationum. q. 21. ubi dico quod
obrem preferatur theologus alteri docto-
ri, & de aliis scientiis, ubi licet videre. Et in-
tellige etiam theologum legitime promo-
tum, & secundum statuta vniuersitatis, in
qua est promotus, ut in §. monemus, infra eo.
in quacumque vniuersitate promotus fuerit,
si tamen ibi esset ius promouendi, & vni-
uersitas esset famosa, ut supra dixi, & in vni-
uersitate regni vel Delphinatus.

In iure.) Cuius appellatione venit
hic ius canonicum, & civile, ut patet infra ubi
etiam postea distinguitur. facit tex. in causa
de appell. qui hic erant conditores iuris ca-
nonici & ciuilibus, Papa videlicet, & Rex ille
ius pontificium tradit, hic in regno suo or-
dinationes facit, & promulgat. ideo appella-
tione iuris hic utrunque ius venit. facit tex.
in c. cum venissent. de eo qui in iure possit. ubi
Bald. dicit quod si rex facit mentionem de
iure, intelligitur de iure regio. sequitur Fel.
in c. causam. col. 1. de refer. Aliquando tamen
secundum subiectam materiam capitur.
pro

Nota pro
conditori-
bus contra
magistros
artium, an
baccalau-
reatus sit
gradus.

Affirmo
bonum
est regna
na.

Doctores
theologos
promouit
ad vniuer-
sitate has
gradu
precepto
na, scilicet
sub bulla

pro iure humano, postremo, canonico, ciuili, synodali, vel municipalis gl. in proemio. el. in verbo, iuris. Et ibi late Bar. Et c. i. ut huc pendet. & inter hos forte doctores fuit reperiendus Christus, ut patet Luc. 2.

Christus ve
perus in
ter docto
rum iuris.

medicina præferendos esse discernimus. Et idem in a licentiatis & baccalaureis seruari debere volumus. Et si in eisdem facultate & gradu concurrant, ad datam nominationis seu gradus recurrendum esse volumus. Et si in omnibus concurrant, tunc volumus quod collator ordinarius inter eosdem concurrentes gratificare possit.

a *In licentiatis.*) Videlicet ut theologus licentiatus præferatur omnibus aliis licentiatis, & eo deficiente licentiatus in iure canonico, & eo remoto licentiatus in iure ciuili, postea venit medicus. & idem in baccalaureis intelligendum est, ut sequitur. Et not. in c. clerici. de iud. per doc. Et in l. cum quid. si cert. per.

Natus do
ctores eius
dem facult
atis si con
currant
quis præ
feratur.

b *Ad datam.*) Et sic quando nominati eiusdem anni concurrunt in eadem facultate, utpote sunt plures doctores theologie, tunc inspicitur data nominationum, ut si vnus fuerit nominatus in prima hebdomada quadragesimæ, alter in secunda, ut ille præferri debeat, qui est nominatus in prima. Si verò omnes fuerint nominati eodem die, attenditur prioritas gradus: ut qui primo sumplerit gradum is præferatur. Si fuerit eiusdem facultatis, ut dicitur hic text. si verò duo fuerint nominati diuersarum facultatum, is præferatur, qui est graduatus, & hoc probat hic text. dum dicit in eisdem facultate & gradu, &c. ergo si in diuersis, non, ut no. per Barb. in c. clerici. Et ibi Dec. de iud. Alia dico in tract. nomin. q. 21.

Nomina
tiones eius
dem date
dari debet.

In his vniuersitatibus Franciæ omnes nominati vnius anni sunt communius vnius datæ, quamuis in vniuersitatibus alijs patrie iuris scripti contrarium seruetur.

Et hoc anno 1536. in mense Martio, ante Pascha, fuit prolatum arrestum in senatu, quod nominationes concederentur illius diei, & datæ in qua petuntur, & non vnus data, sicut erat consuetum, ut dies apponeretur in omnibus nominationibus eadem videlicet de prima hebdomata quadragesimæ, qui abusus fuit reformatus in hac vniuersitate doctoribus facultatis decretorum sequentibus.

quæ petuntur.
Arrestum.

c *Gratificare.*) Et debent gratificare legentem non legenti, ut not. in l. i. Et seq. C. ut dignit. ord. seruetur. 12. Et secundum illa quæ scripsi in d. tract. nominationum. q. 21. vbi fustus videre licet. Alioqui hic alia multa scriberem. Nota tamen quod si collator nollet gratificare, posset compelli, vel superior gratificaret. Io. Monach. in ca. pen. de rescrip. in 6. vbi dicit in illo textu canonicos compellendos ad gratificandum iudice imminente. c. nullus. de iure patron. facti l. huiusmodi. §. fin. ff. de leg. 1. & potest ordinarius gratificare etiam nominatum iuniorem, vel graduatum, quando parochialis ecclesia vacat in mensibus ordinariorum, dummodo gratificet graduatum idoneum, & rite qualificatum, ut dico infra eod. §. Statuimus. 2. in glo. præmissi modo.

Gratifica
re an cogatur collator.

Tamen non potest gratificare eum, cui abique ad summam semel prouisum est, ut declaratum in pragmat. sanct. in §. Item quod ad dictas. in ver. ita tamen. eod. tit. ut etiam scripsi in graduatis, in gl. gratificare. supra eo. Ob id postquam est in his nominatis declaratum, ergo & in graduatis seruari debet, quia contrarium non est expressum, imò est contrarium, ut satis superque probaui ibid. Alioqui maior esset deformitas in regno quam olim, quia literarum studiosi sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent literarum studium abicere, aut certe deponere cogerentur, quod in proemio concordatorum damnatur. nam vnus graduatus collatoris consanguineus omnia sacerdotia deglutit, ut prædixi.

§. VOLVMPS.

Quatuor partes habet. Prima pars præcipit nominantes in licentia nominationum bene.

beneficia per eos possessa exprimere, alioqui literas nominationum annulat. Secunda, tradit quando nominatus in vim nominationum non potest petere beneficium, vtpote quando habet duas prebendas in ecclesia metropolitana, vel cathedrali, vel alia beneficia, seu beneficium vsque ad valorem ducentorum florenarum auri, de camera in tertia. Statuit nominatus provideri secundum persone condecemiam, videlicet nominatus secularibus, de secularibus beneficiis, nominatus religiosi de beneficiis regularibus, nec suffragatur dispensatio apostolica in contrarium. Quarta pars, statuit beneficia vacantia causa resignationis simplicis vel causa permutationis non esse affecta nominationi, etiam si vacent in mensibus eisdem deputatis. Secunda, ibi, si quis verò. Tertia, ibi, & insuper. Quarta, ibi, quodq; beneficia.



Volumus a autem quod nominati b literas nominationis ab vniuersita-

Per verbū
volumus
fieri potest
constitutio.

Volumus. Et sic per verbum volumus vel nolumus, fit constitutio. l. voluit ff. de interrog. act. l. nolumus C. de test. de vna. de offi. vicar. cle. si. de elect. ca. si mosu. de preb. in 6. Pan. in cap. personas per illum text. de test. Ac per verbum placet. l. i. ff. de manu. test. l. placuit C. de iudic. c. i. illo titulo. quia quod principi placuit, legis habet vigorem. §. sed & quod princ. instit. de iure natur. l. i. ff. de const. princ. declarati inferius in rub. de regia facul. in verb. quod principi. & quando profertur ab illo qui potest precipere, inducit preceptum. Card. in clem. i. §. volumus. de foro compe. & voluntas est declaratio mentis ad aliquid amplectendum, vel respuendum. Bal. in cons. 17. in si. in 3. vol.

Voluntas
principis
preceptum
est.

Ego verò dicerem, quòd aliquando voluntas non declaratur. Ideo definitio non est bona, per legem si repetendi. Cod. de cond. ob caus. dato. Ideo definirem sic, quòd est declaratio, vel cogitatio mentis, &c. l. cogitationis. ff. de pan. l. Labeo. de suppl. leg. vbi multa congeffi. vnde dicit gloss. in l. i. in verbo sed ego. ff. quod in ssu. quod rogationes dominorum & principum sunt precepta.

Archid. in cap. quod precipitur. 14. quest. 1. Alexand. cons. 124. in fin. volum. 1. & cons. 16. nu. 3 in 2. vol.

Imò blanditiæ potentum inducunt iustum metum. gloss. sing. in l. vna. Cod. si rector. prouinc. quam sing. no. Bartol. in clem. 1. colam. 4. de testib. & consil. 60. colum. 6. in 1. volum. & consil. 30. col. 3. in 2. volum. l. i. de pupillo §. Recipere si quis. in 5. quest. Bartol. ff. de noui. oper. nunt. reuoc. Ideo dicit Lucas de penna. in l. hinc colum. 7. in rubric. Cod. de agricol. & censib. lib. 10. quòd rex sola in fronte aut verbo inducit iustum metum, in clem. per ceter. in cap. conuenior. post princ. 23. quest. 1. quia indignatio regis nuncius est mortis. & vir sapiens placebit eum. Proverb. 16. Intellige tamen prædicta secundum ea que tradunt Panorm. l. mol. & alii in cap. cum mor. R. de elect. Felin. in cap. 1. de offi. deleg. Stephan. Maleret. in tractat. de elect. fol. 6. colum. 7. & seq.

b Nominati. Ergo graduati non debent exprimere in literis gradus beneficia per eos possessa, quia hic tantum grauit nominatos, ergo alios non argu. l. cum prior ff. de iud. c. qualis. 25. dist. prohibetur etiam infra. ibi, in nominationum literis, ergo non in literis gradus vel temporis studii, quia ad textum nil addendum est, qui non hoc requirit, alia dico in tractat. nomin. q. 9.

c In quibus studuerint obtinentes in nominationum b literis beneficia c per d eos possessa, & eorum verum f valorem.

a In quibus studuerint. Si in pluribus vniuersitatibus nominatus studuerit, in illa quam eliger, potest nominari, cum dicatur, in quibus studuerint. & ita seruatur, argum. l. fin. C. vbi in rem act. exer. deb. auct. habita. & ibi dixi in priuileg. scholarium. ne plus pro patre. Et debet studuisse in illa vniuersitate, in qua vult nominari. per istum textum qui in hoc non seruatur. [Et sic potest nominari in vna vniuersitate, & in altera gradum sumere, cum hic gradus nõ requiratur, sed studium tantum, sed vniuersitates non solent graduatis in alia vniuersitate nominationes cõcedere, quod si facerent

faerent valeret per hunc text. qui non prohibet, dummodo esset adoptatus, & aggregatus in illa vniuersitate, vt fieri nunc solet.]

an sufficiat a exprimere beneficia in litteris gratulari.

b In nominationum.) Et sic, vt proximè dixi, non requiritur in graduato, nec sufficeret exprimere in literis gradus, vel temporis studii, sed oportet quòd in literis nominationum hoc exprimat, vt hic dicitur. & si velis videre quæ in nominationibus sunt exprimenda, vide in tract. mea nomina. q. 9. vbi fufius dixi.

c Beneficia.) Comprehendit dignitates, personatus, & quæcunque alia beneficia. gl. in c. de reg. iur. in 6. & quandoque beneficii appellatione venit episcopatus. cap. veritatis. de dolo. Sed ibi fuit expressum etiã officium dico in d. tract. nomina. q. 9. & intellige in beneficiis perpetuis, secus si esset eadem data ad tempus, quia illud non tenetur exprimere, sicut de dignitate dicit Pan. in c. de multa col. pen. de preb. vbi dicit per adaptionem dignitatis non perpetuè non vacare primam perpetuam. vide ibi. Sicut qui habet beneficium non perpetuum, vt pote locum collegialem, non poterit sumere ordines ab illo episcopo, in cuius diocesi habet collegium ad tempus. secus si haberet capellaniam, vicariam, vel aliud beneficium perpetuum. c. cum nullus. & ibi Guib. de Monte laua. de temp. ord. in 6.

Etiã si esset modici valoris, vel in vicariis S. Petri puellarum apud Bituriges videre est, & hoc probatur in c. de appellat. n. b. extra de appell. vbi etiã grauat in minimo appellat, vide multa quæ scribit Corfit. in suo tract. de minimis.]

possidens beneficium per alium an teneatur illud exprimere.

d Per eos. Idem si per alios, nomine tamen eorum, quia qui per alium facit, perinde est ac si faceret, l. a. §. de iei. ff. de vi & vi arma & is possidet cuius nomine possidetur. l. quod in eo. ff. de acquir. possess. ideo si locasset fructus alicui etiã laico, quod potest. c. vestra de rer. permur. haberet locum hic text. vt teneretur illud beneficium in nominationum literis exprimere. Idem si episcopus haberet fructus primi anni. per cap. si propter. de rescript. in sexto. dico in

verbo beneficium infra eodem.

c Possessio.) Quæ possessio probatur

eo ipso, quod probatur nominatum detinere beneficium, vel detinuisse tempore impetratæ nominationis, quia ea quæ aliquis detinet, vel detinuit, præsumitur possidere, nisi contrarium probetur. glo. vlt. in 6. pontifices. 7. q. 1. not. in c. ad de. tinas. de rest. spol. Do. in c. si. col. 1. vlt. l. te pendens. in 6. Bald. con. 357. No. pro duce. col. 2. in 5. vol.

Possessio quomodo probetur.

Ille etiã possidere dicitur, qui omnia beneficii bona, vel maiorem partem obtinet. c. 1. de resti spol. in 6. expressim. lo. de Imol. in cle. 1. col. 2. vlt. te pen. l. etiã dicit illum possidere, qui habet liberam curæ exercitiu. c. commissi. de ele. in 6. c. si tibi. 2. de preb. in 6. & in dubio quando fit mentio de possidente iuris, non facti, id est, de possessione naturali vel ciuili. l. stipulatio. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig. non de nuda detentione, nisi ratio subiectæ materiæ aliud inducat. Bald. in l. 1. C. com. de vsuc. & cons. 10. in q. col. 3. vol. 5. Fel. in c. causam. col. 6. de prescr. nu. n. Idem si possidet tantum vnum, quia etiã illud tenetur nominatus exprimere, vt dico in tract. nom. q. 9. vbi tracto multas quæstiones super hoc, quas ibi licet videre.

Et an appellatione possessionis veniat quasi possessio, vide Iaso. & alios in l. 3. ff. de acq. poss. in princ. Intellige si possideat nomine proprio, secus si alieno, quia statutum loquens de possessore, intelligitur quando nomine proprio possideret. Are. in rub. ff. de acq. poss. refert Franc. Curuius. cons. 108. facit l. sciendum. ff. qui sari. cog. & sic est bona limitatio ad hunc textum, per quem posset sustineri conclusio, quod nominatus beneficia possessa non tenetur exprimere, intelligendo, vt supra, scilicet alieno nomine.

Possidens nomine alieno exprimeret non tenetur.

Tenebitur ergo nominatus probare dimissionem, si pars probet eum possidisse, & debet probare se resignasse beneficiu ante nominationes, alias succumbit, sicut dicimus de eo, contra quem probauit obtinuisse duo beneficia, nam præsumitur quòd adhuc obtineat, nisi probet, quod resignauerit, arg. l. siue possideris. Cod. de probat.

Dimissio nominatus probare tenetur.



Appellare
an teneatur
nominatus.

doct. in c. ordinarii. §. in conferendis. de offi. ord. in 6. [Vel sufficit quod probet euidum tuisse beneficium etiam per sententiam possessoriam recedentem a qua non tenetur appellare. l. propter. in fin. ff. de sena silla. sicut nec emptor. qui succubuit. l. Heremius. §. Gaia. ff. de eue. Cepto. in decis. Neapo. q. 106. etiam si male indicatum fuerit. ut ibi doct. dicunt. vide Regid. bella mera. conclus. 755. si rector tamen non sufficit resignatio, si resignans adhuc percipiat fructus, ob id oportet probare dimissionem & fructuum perceptionem, alioqui si probaretur nominatum recepisse fructus post dimissionem, nominationes nullae essent, quia hic ponderantur fructus, & non censetur dimisisse cum effectu, qui fructu recipit. c. relatum. de cler. non resid. l. ff. quod quisq. iur. [glo. no. in extra. execrabilibus. lo. 22. §. statumimus. in vers. verbaliter. ubi docet quomodo dimissio fieri debeat.] & sic facit contra eos, qui habent multos rappe, & custodi nos vocatos, ut in conscientia teneantur, & ipsi, & custodes, qui utina ipsi intelligerent, & nouissima prouiderent. & hoc non facerent.]

f. Verum valorem. In pecunia vsuali. not. in cle. vlt. de dec. & non sufficit exprimere valorem consuetum regni, videlicet quod non excedit summam 24. ducatorum auri de camera, secundum communem estimationem, &c. per hoc verbum verum. & etiam quia in nominationibus cessat ratio consuetudinis non exprimendi verum valorem, quia in nominationibus ob vera expressionem non soluitur annata, nec pecuniae ex regno extrahuntur, ut dico in tract. nom. q. 6.

Nomina-
tiones con-
cesse ha-
bentis bene-
ficia diu-
centorum
aureorum
non sunt
nullae.

Notandum est quod si quis verum valorem expresserit, licet tunc haberet ultra ducentos florenos auri de camera, non tamen sunt nullae nominationes, quia hic ratio annullantur, si concedantur ab vniuersitate. Sed per hunc textum si tempore vacationis alterius beneficii illud velit acceptare, non poterit, ut hic: & sic esset vtile nominato tunc resignare beneficium, antequam aliud requireret. gl. prag. sanctio. eodem verb. quod si quis ex dictis. non debet tamen vni-

uersitates habentibus summam, hic taxatae, nominationes concedere. Nec obstat quod spiritalia a estimatione non recipiant. ad quaestiones. de simo. quia ipsum beneficium prout sonat in ius, & in titulum non estimatur pecunia: sed temporalia, quae ex beneficio percipiuntur sic: nam beneficium proventus locari possunt. ca. v. extra. de loca. §. v. & 2. ne prelati vires suas. Sic tenet expresso Ancha. in cle. vn. 409. de concess. preb.

exprimere teneanter, alioquin tene nominationis huiusmodi eo ipso nullae sunt, & esse censentur. Si quis vero ex dictis a qualificatis, graduatis simplicibus aut nominatis tempore b vacationis beneficii in mensibus eis deputatis vacantis

a Ex dictis qualificatis. Etiam si est Theologus, qui haberet beneficia vsque ad valorem ducentorum florenorum auri de camera, quia etiam ipse non posset in vim gradus, vel nominationum aliud beneficium habere, tum quod iste text. loquitur de qualificatis & graduatis. quae duo in theologo concurrere debent, antequam sit praebendae etiam theologalis capax, ut dictum exiit in §. 1. supra eo. Tunc etiam quia theologus Christi imitator esse debet, ut victu & tegumento contentus esse teneatur: iuxta diui. Pauli sententiam. Et non cumulare agrum agro, ad haec, quod haec lex generalis est, & omnes ligat, nisi inueniantur in hoc privilegiati, sed non inuenio theologos ad hoc privilegium habere, ergo hic comprehenduntur, etiam ultra habendo desit bonum & aequum esse. l. qui seruum ff. de actio. §. obli. ergo hi contenti ista penuria esse debent, sicut alii, nec praebendam theologalem habebunt, si priora beneficia non resignarent, nisi beneficium esset modici valoris, tunc si non esset curatum, posset forte retineri eum praebenda, ut dixi in §. supra eo. nec possunt tunc dominis seruire, ut in euang. lo. seruitum, sic tunc duobus beneficiis. b Tempore

Tempus
vacationis
inspicitur.

b *Tempore vacationis*) Et sic non inspicitur tempus date, sed vacationis, contra. c. si eo tempore, de rescr. in 6. Resp. inspicitur tempus date quo ad expressionem. Sed an habeat summam hic taxatam, inspicitur tempus vacationis, & sic intelligitur text. hic. Sicut si prohibeatur extero emere immobiliam tali loco fasbit, quod sit eius tempore traditionis, licet non esset tempore contractus. Fel. in c. cum adeo. colu. 2. de rescr. Ultra dico inspicere debere tempus date regulariter. c. eante & ca. constitutus, de rescr. Ne refragatur ca. ei cui de preb. lib. 6. quia ibi agitur secundum doct. de habilitate impetrantis.

Notus in
aliquibus
caui. de
preb. in 6.

Ego verò dico illum text. non ob stare, quia etiam ibi attenditur tempus date: nā potest proiudici de prebenda sacerdotali non fuerit id temporis in aetate legitima, nec debet capi ibi argumentum à contrario, quod non sumitur, quando tendit ad correctionem iurium. gl. sing. in verb. petere. in c. cupientes. §. quod si per virginem. de elect. in 6. Iaso. & alii in l. de offic. eius, & c. sed ibidem dicitur in text. quod aliam expectare debet, videlicet cuius erat capax tempore impetrationis, & sic tempus impetrationis inspicitur. Vide an possit hic novus intellectus continere ad ea, quæ dicit Fel. in d. ca. eante. ubi tradit limitationes. vide h. vol. in c. l. de rescr. & quæ dico in formam mandati infra in gl. darum.

Quando
nominatio
habitas
in nomi-
natio.

Et sic intelligerem sufficere tempore vacationis esse habilem, ut docet Bald. in d. c. cum adeo n. 7. quando nominationes non erant omnino nullæ, quia tunc quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. ff. de reg. iur. l. quod in initio. & regula non firmatur. illo tit. in 6. ideo si non tonsuratus, vel regularis impetrauerit nominationes ad secularia, vel alias inhabilis (de quibus in 4. limit. dixi in tracta. de pacifi. possess.) licet postea efficiatur habilis, tamen nominationes non conualescunt, quia erant nullæ, utpote, quia impetrans tunc temporis cū impetrauit, nō erat canonicus ad effectum obtinendi dignitatem, vel non erat dispensatus ad duo curata, &

habebat unum tempore impetrationis, vel non erat translatus, si tempore vacationis inueniatur habilis, & dispensatus, sufficeret, probatur in c. quod sicut. de elec. ubi electio quæ erat facta non vocato vno ex canonicis, & sic poterat annullari, si postea canonicus contemptus consentiat valebit. gloss. in d. regula. non firmatur. facit l. per fundum. ibi nouissima demum cessione superiores omnes confirmabuntur. ff. de serui. rust. prædio. & ibi Paulus & Floria. & Inno. in c. cum consuetudinis. de consuet. Decr. in d. l. quod in initio. & cons. 214. in causa. col. 1. & plenè Ang. in disp. incip. usurarius manifestus, non enim inspicitur tempus quo actus geritur, sed tempus quo effectus consumitur. §. furiosus, & ibi Angel. & Imol. in sti. qui test. iuro. dari poss.

Et ita fuit iudicatum, & in mente curie Arrese. retentum, 1537. die 19. Februarii, inter B. Vincentiū de la roche, & Agid. Quesuyn. [Vbi etiam fuit approbata translatio facta tempore vacationis, licet non esset facta tempore nominationis, quamvis illud iudicatum dicat D. Probus, in §. illi. de collat. in prag. non videri posse sustineri de iure. per tex. in ca. beneficium. de reg. in 6. ubi beneficium vacat per professionem, ergo & nominationes quæ solum præbent ius ad re, quod facilius perditur. adde text. in cle. gratie. de rescr. sed quod ad me attinet ego iustissimum & sanctissimum existimo illud senatus placitum, & breui hanc comprehendam materiam, facio sequentes casus.]

Primus est nominationes clerici secularis concessæ ad secularia beneficia extinguuntur per professionem, & sic intelligitur opinio Probi, quia nō est post professionem habilis ad secularia, ideo suæ gratiæ renunciare videtur proficēdo. d. cle. gratie. de rescr. c. si eo tempore. illo tit. in 6. d. cap. beneficium.]

Secundus casus nominationes clerici secularis ad beneficia quæcunque, non extinguuntur per professionem illius, per intellectum, quia intelligi debent de beneficiis, ad quæ habilis erit tempore vacationis, ut hic & superius dixi, nam hoc casu secularis non perderet beneficium

Arrese.

Nomina-
tiones an
per profes-
sionem ex-
tinguan-
tur.



regulare, si illud haberet, & profiteretur in monasterio, in quo beneficia habere possunt. *de d. in d. cap. beneficium. sic nec amittet nominationes, quod probatur, nam religiosi non mendicantes possunt nominari, & illis beneficia conferri in vim nominationum, ut hic patet, ergo illa non amittuntur per ingressum religionis, nam difficultatis quis perdit, quâ consequatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. i. c. quemmodum. de iure i. vide que scripsi in tract. nomi. in q. vlt. in si. facit. l. 7. §. liberi. ff. de bon. poss. ff. contra tab. ibi, hæc autem verba in si. non possunt, ad mortis tempora referuntur. Tertius casus nominationes clerici secularis concessæ ad regularia beneficia, vel regularis ad secularia, non valent. c. si eo tempore de rescrip. in 6. ca. eum de beneficio. de præben. ibidem. quia illi ad ea beneficia sunt inhabiles. c. 2. de statu monach. Ideo si postea ille secularis efficiatur regularis, nominationes non recoualescent hoc casu: quia semel fuerunt nullæ. l. qui res. §. arean. ff. de solut. & hoc plene probauit, & per ita conciliantur opinioniones contrariæ, quod est notandum, etiam si dispensatus secularis ad regularia nominationes impetraret, essent nullæ per hunc text. circa fin. Idem in mandatariis, dixi in §. declarantes. in verb. comprehensa. de mand. apost. infra.]*

Et quid si tempore impetrationis nominationum beneficium possessum non valebat ducentos aureos, si postea plus, minusve valuerit, vide Barb. in c. ad aures. nu. 42. & cap. in nostra. num. 137. de rescrip. Soc. cons. 81. non est dubium. in 3. volum. & que dico in d. tract. nomina. q. 9. & quando quis debeat esse habilis, tradit Felin. in cap. cum dilectus. de accus. & in cap. post cessionem. eolum. de prob.

Graduatus Et per istum text. patet nominatum & graduatum debere saltem tempore vacationis beneficii esse habilem, alias beneficium obtinere non potest. Et ideo si is habebat beneficium curatum, vel aliud incompabile, cum sit inhabilis ad aliud incompabile, non poterit simile requirere, vel acceptare sine dispensatione. Nec potest post vacationem obtineri dispensatio quo

ad istud beneficium, sed debetur iuniori nominato, qui aliud non habebat beneficium. ut dixi in gloss. non possit. infra eod. tum quia is, qui habet vnum beneficium, non est idoneus ad aliud incompatibile. cap. 19. cui. de præben. in 6. tum quia nominationes similes sunt gratiæ in forma pauperum, quæ extirpant per ademptionem beneficii. cap. si pauper. de præben. in 6. Saltem ut non possit de incompatibili prouideri ei, qui aliud habet, nec duo specialia videtur velle inducere iste text. videlicet, ut eis prouideatur per nominationes, & de duobus sine dispensatione. arg. l. i. Cod. de iuris promiss. facit. §. teneantur. supra eod. ibid. & eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint, beneficium in vim gradus, aut nominationis petere non possunt. Ergo si nominatus insinuauerit, potest petere beneficium in vim nominationis, non beneficia. & in verb. seq. idem dicitur semper in singulari, ad denotandum, quod non potest plura acceptare incompatibilia, quia hæc pluralitas est maxime odiosa. cap. quia in tantum. de præben. Item prius debet satisfieri illis, quibus non est prouisum, quam aliis, quibus est prouisum de incompatibili. §. ita tamen. de coll. in prag. maxime si sequamur rationes concordatorum, quæ obrem nominationes inueniuntur, quas scripsi in tract. nom. q. 3.

Nec refragatur quod per ademptionem pacificam secundi vacabit primū. c. de multa. de præben. extra. execrabilis. 10. 22. eo. iii. Resp. hoc esse verum, quando episcopus ille contulisset, nam tunc dicerem collatione non esse nullam, sed episcopus non tenetur ei conferre, qui est inhabilis, nec superior iure deuoluto. per §. si quis verò. supra in quod probat. c. ordinarii. de offi. ord. in 6.

Nec me mouet, quod nominatus possit protestari se dimissurum primam post ademptionem secundi. Respo. non sufficere protestationem, quæ non facit eum habilem ad secundum, nisi de facto primū dimittat, quia non sufficiunt verba, quando est opus facto: ut in hoc casu gloss. in c. gratiæ, in verb. renunciare. de rescrip. Nec obest, quod si nominatus dimittat illud, quod

quod habet, fortè non consequetur secundum pinguius, & carebit etiam primo. Respon. Imò non carebit primo, quia si dimiserit primum sub protestatione, quod dimittit illud, si secundum obtinere possit, non aliter, nec aliàs, tunc si non possit obtinere secundum, reuertetur ad primum suum dimissum. *per c. si beneficia. de preb. in 6.* Nec est opus quod nominatus resignet suum primum beneficiũ, sed quod dimittat, *in ibi dicitur.* Alioqui fortè haberet locum. *l. queritur. §. si venditor. ff. de edil. edict. c. quam periculo sum. 7. q. 1.* & hoc beneficium dimissum conferetur iuniori nominato, & sic nulli fiet præiudicium, quod fieret, si aliter diceretur, & non prouideretur gradus singulis, vt est de mente concordatorum, sed si qualificatus velit obtinere secundum compatibile cum primo, tunc episcopus teneretur ei, vel collator ordinarius prouidere, si non habuerit iurisdictionem, vel superior iure deuoluto, sed de altero incompatibili non sine dispensatione, quod est æquum & rationabile, & sic tenendum licet contrarium seruetur.

duas obtineat a præbendas
a *Obtineat.* Quocunque modo, siue ea obtineat ratione nominationum, gradus, mandati, permutationis, vel per resignationem, seu alio modo, cum hic text. loquatur simpliciter, & quia eadem ratione habet locum quomodocunque obtineat beneficia vsq; ad summam ducentorum florenorum, quia non est pauper, & nominationes inuenta sunt, vt pauperibus prouideatur, *vt dixi in tract. nom. q. 3.* etiam si haberet beneficia ex præsentatione patroni laici eadem ratione, licet laicus non possit grauari nominationibus. *vt habetur in §. præfati, ordinarij supra eo.* Sed hic excluditur repletus ducentis florenis auri de camera.

Quæro si quis habebat nominationes, & per resignationem, vel alio iure acquisiuit beneficia vsq; ad hanc summam, quæ tamen beneficia resignauit, an suis vti possit nominationibus? Respon. secundum ea quæ proponeretur posse, tum quia pauper est,

tum etiam quia nemini facit iniuriam, qui suo iure vitur. *l. si unum. ff. de damn. infect.* & nullus dolo videtur facere, qui suo iure vitur. *regul. null. u. ff. de reg. iur.* licet enim sacerdoti patrimoniũ suum relinquere suis consanguineis, & illis donare, & viuere de redditibus ecclesiæ. *c. postulasti. vbi docto. de rescrip. c. in c. cum secundum. de preb.* sic liberũ est ei, qui habuit beneficia in vim forte mandati, aut aliàs, quàm per nominationes, & gradus, ea resignare, & vti suis postea nominationibus. Quia hic text. excludit eos, qui obtinent, ergo alios non argu. *l. cum prator ff. de iudic. c. nomine. de præsumptio.* alioqui studium suum esset ei nocumento, si non posset suis vti nominationibus, & omnibus, nominatis nõ repletis debet prouideri. *intra §. statuumus. supra eod.* Nec est eadem ratio quãdo habuit aliàs quàm per gradum, aut nominationem, quia non nocuit tunc qualificatis: sed si habuerit semel in vim gradus, aut nominationis, nocet aliis nominatis, quando ea resignat, & vult vt interim sibi prouideatur, nocet enim alteri qualificato post se venienti, etiam posset fieri fraus, quando aliquis obtinet in vim nominationum, vel gradus, beneficia, & ea resignare posset, quia collatoris nepos, vel productor illius omnia beneficia sic haberet, & postea ea resignaret, ideo malitiis est obuiandum. *c. sedes de rescrip. quæ fraus cessat quãdo alio iure habuit, quavis Do. Philippus Probus teneat contrarium in §. Item quod vniuersitates. in verb. numerum. de colla. in prag.*

Item quæro quando quis obtinere dicatur? Respon. per requisitionem, collationem, & acceptationem factam. *Archi. in ca. si grauiosè de rescrip. in 6. dicit in glos. obtinet, in forma manda.* & sic per hoc verbum obtineat, requiritur quod nominatus verè habeat, & cum effectu. *l. nomen. §. si. l. habere. ff. de verb. sig. scripsi in glos. habentem. §. i. de manda. infra. vel per eum stet, quominus habeat. ca. commissa. de elect. in 6. l. quod te. ff. si cer. pet. nam qui potest redimere rem, & hoc non facit, non caret culpa. l. 3. ff. de pos. si igitur potest primũ habere, nõ debet ei adiudicari secundum.*

Obtinere quando quis dicatur.

Stare autem dicitur per nominatum &

Resignans beneficia quãdo suis vti possit nominationibus.



graduatum, quando post collationem sibi factam, & requisitam, illud non prosequitur, nam vix est ut non videatur renunciare, qui patitur vltu capi, & non petit intra annum in possessorio, vel intra triennium in petitorio. *l. alienationis ff. de ver. sig.*

Stare quādo dicitur per nominatū quominus habeat.

Item stare videtur per nominatum, quominus habeat, si vel expressè renunciauerit, quia tunc censetur per alium obtinere, & paria sunt obtinere sibi, vel alij. *l. 1. §. v. d. or. ff. de vi et vi arm. & peruenisse ad te. re. c. dicitur, quod per te ad alium peruenit. l. peruenisse ff. de ver. sig. §. l. 2. §. peruenisse. de hered. vel actio vend.*

Idem si tacite renunciauerit, vel non prosequendo, ut dixi, vel si composuerit, & compromiserit cum parte, & receperit forte pensionem viginti aureorum ex beneficio ducentorum aureorum, nam respiciemus valorem beneficij, nō verò pensionem, quam habet, per *l. si dictum. §. si compromiserit. ff. de iudi. c. 10.* & sic erit suis exclusus nominationibus, qui ita pensionem receperit, si beneficium tanti erat, quod ad exclusionem erat sufficiens.

Que computentur nominatio & graduatio.

Item beneficia pacificè possessa nominato computantur, nō verò litigiosa, quia ea non obtinet, quod hic requiritur. ideo poterit requirere & acceptare nominatus multa beneficia, donec fuerit pacificè proisum vsque ad ducentos florenos auri de camera, per hunc §. volumus. scripsi in quest. vlt. tract. nominat.

Requisitio nominati an computetur ad repletionem.

Item non computatur beneficium, quod nominatus requisivit sibi conferri, sed tamen nullam collationem habuit, quia eo casu non obtinet nec obtinere potest sine collatione, & post requisitionem fortè vidit beneficium resignatum, ob id noluit collationem obtinere, vnde qui non habet actionem, non videtur habere rem, sed e contra. *l. qui actionem ff. de reg. iur.* & qui collationem non habet, non habet actionem, ergo peruenisse ad eum non videtur, nec per eum stare. *l. 2. §. peruenisse ff. de her. vel actio. vendi.* nec dicitur quis obtinere ante collationem, nec petitio ei debet imputari, ac si collationem obtinuisset, & quia hic §. dicit si quis obtineat fructus, vel redditus, quos i-

ste qui requisivit, vel eius procurator, non obtinet, ergo, &c.

Item non computatur, si victus fuerit per primam sententiam etiam in possessorio, quia non obtinet, nec per se litat quominus obtineat, nec ab illa sententia appellare tenetur. *l. propter. §. si. ff. ad Sila. & si appellauerit, & non perfectus fuerit appellationem, non potest ei obici ad repletionem, postquam semel victus fuit, quod est verum, si victus fuerit post exhibitionem titulorum & prosecutionem, secus si per collationem. *l. 1. §. de coll. de reg. Et colludere dicitur nominatus, qui nō producit literas tonsuræ, vel alias, seu alio modo de industria vincitur, & ex suo consensu, & illud beneficium ei cōputatur, ac si obtinuisset, quia per eum stetit quominus haberet, ideo nunc videri debent acta, & sententia, quæ si referat literas, & quas. quo ad hoc probabit. *Barr. & alij in auth. si quis in aliquo. in fi. C. de eden. vbi plene doc. non tenetur tamē sententiam expectare, si notorium esset beneficium sibi non deberi, quia debet bonam fidem agnoscere. *l. quoniam §. denique. ff. ad iur. iur. sic docet Oldr. conf. 304. infra scripse. n. 1. col. 3. licet tutius sit expectare tententiam, gl. in quem quod ad dictas. in verb. nominatorum. de coll. in prag. facit. gl. in lat. qui natura. §. cum in absentia. ff. de nego. gest. & hoc cōsulo, ne postea obiciatur ipsi illius beneficij acceptatio, & collatio, & sic repletio.****

Idem dicere, si collator contulerit beneficium nominato non requirenti, nec acceptanti, quia ante acceptationem non dicitur suum. *c. si vbi absent. de prob. in 6. ad probandum eo nominatus simulatque scit sibi esse collatum, si ei obiciatur, potest se tueri, quod non acceptauit, nec acceptat, sed si illud resignauerit, eidem computabitur, vel si dederit procuratorium ad acceptandum, & procurator eius acceptauerit, quia id est per se, vel per alium acceptare. per d. reg. iur. qui per alium. alioqui si beneficium multo absenti collatum computaretur, ordinarij secretas ei facerent collationes, & postea eos excluderent, ob id cautelis his obviandum est. *c. sedes. de refer. & ideo probari debet requisitio nominati, & collatio illi facta ac eius ac.**

ius acceptatio ad exclusionem alias non diceretur repletus, & dicitur acceptasse etiam si suo nomine beneficium fuerit possessum, & si per se, vel alium, fructus receperit, quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent, & ob hoc non caret vitio societatis occultæ, eo quod si voluisset potuisset prohibere. c. constitutus. de testib.

in cathedralibus & aut metropolitans aut collegiatis b; seu dignitatem vel præbendam vel aliud, seu alia, beneficium c, seu beneficia,

a *In cathedralibus.* Idem si obtineret unam præbendam in cathedrali, & alteram in metropolitana ecclesia: vel unam in ecclesia cathedrali, & alteram in collegiata, cum sit eadem ratio idem ius statuetur. l. l. h. ff. ad leg. Aquil.

Nota tamen quod gravius est habere duas præbendas in eadem ecclesia, quam in diversis. c. de multa. circa fi. de præb. & ibi dicitur Pan. & alij, quod dispensatus ad duo beneficia, vel duas præbendas, non est dispensatus, ut in eadem ecclesia habeat, & ut dicunt, sub eodem tecto, nisi hoc expressum fuerit in dispensatione. Ideo sis cautus, ut facias exprimere, quod est singulariter notandum secundum Card. in d. c. de multa. vers. hoc idem. Anch. & alij. in c. i. de consuet. in 6. Nec has duas præbendas poterit sine dispensatione sedis apostol. obtinere. c. sanctiorum. 70. dist. Quando sunt sub eodem tecto, secus si in diversis ecclesiis, quæ quilibet præbenda ex statuto, vel consuetudine requireret residentiam, quia tunc etiam Papa dispensatio requiritur, alias non. Host. in c. super inordinata. de præb. l. om. Staph. in tractatu de literis expectantiis. fol. 9. Quæ dicatur cathedralis, declaravi supra in §. i. vide quæ dixi infra in prox. in verb. ita tamen quod in eadem ecclesia.

b *Collegiatis.* Et si de iure omnis ecclesia cathedralis sit collegiata. c. nouit. & c. quæ ant. de his, quæ sunt a prel. tamen non omnis collegiata est cathedralis. Card. in cle. vbi. col. 3. in 2. q. de aca. & qual. lo. And. in ca. no.

bis. de iure par. Et dicitur ecclesia collegiata Collegiata, quando plures canonici colliguntur in quæ dicitur ea, habentes commune sigillum. c. signifi. de tur. & quo app. arcam communem. l. i. ff. quod cuiusq. vni. modo conuer. nomi. tracl. communem. c. tertio loco. de prob. quosdamur.

Fel. in c. attendentes col. 1. de præscr. Barb. alia tradit. cons. 17. præclare. col. 3. in v. vol. Et hoc in dubio. vbi verò ex fundatione, consuetudine, vel privilegio constat ecclesiam esse collegiatam, vel non, illi standum est dictis qualitibus circumscriptis. Nico. Milius in reperiario, in verbo ecclesia collegiata. Anch. in cle. 2. notab. de aca. & qual. Et hæc quandoque dicitur conuentualis de iure, non licet de consuetudine, quia ex communi vsu loquendi conuentualis dicitur ecclesia religiosorum. Pan. in c. edoceri. & c. capitulum. de rescr. c. cum ecclesia suirina. de cau. possi. c. nobis. de iure patro. vide gl. in cap. i. §. sed quod per electiones. in verb. collegiatis. de elect. in prag.

Et intellige secundum quosdam nominatum excludi à suis nominationibus, etiam si illæ præbendæ non essent 200. florenorum, quod raro euenit per gloss. in prag. in verbo, duas. §. quod si quis ex dictis, quod reprobo in tract. nomi. q. vlt. per hunc tex. dicentem, quorum in simul, vel cuius fructus, & c. Et per hoc verbum ibi tempore residentie, quia beneficia curata, etiam si quis non resideat dato vicario tanto ferè valent, quantum si resideat: ideo intelligitur de residentia in præbenda facienda.

Præterea suadetur ex tex. horis diuinis interessendo: nam in ecclesia collegiata, si quis vult recipere fructus præbende, debet interesse horis diuinis, alioqui distributiones non habet. ca. vno. de cler. non resid. in 6. & sic conuenit præbendis. Probat etiam tex. interessendo, & quia tex. taxauit ad ducentos florenos, ut viri literati possint comode ex eis redditibus viuere, quod non possent, si haberent duas præbendas, non ascendentes ad dictam summam. Ideo si nominatus habeat duas præbendas, quæ non ascendunt ad summam hic taxatam, poterit adhuc nominationibus vti, & idem in graduato intellige suadente eadem ratio.

c *Beneficium.* Non dicit hic tex. quod obtinere debeat fructus, sufficit ergo si obtineat

obtineat beneficij titulum, licet fructus primi anni recipentur per episcopum, vel alium, iuxta c. si propter. de res. r. in 6. c. presentis. de off. ord. ibidem, tum quia obtinet beneficium, ut hic, tum etiam, quia illa beneficia ascendunt vsque ad summam ducentorum florenorum, quod etiam hic sufficit, ad hæc, quia non residendo in præbenda, non recipit fructus, nec distributiones quotidianas. c. vno. de cler. non resid. in 6. & tamen si quis habeat duas præbendas, vel vnam, & ascendat vsque ad summam 200. florenorum auri de camera, si nõ resideat, & sic nullos fructus recipiat, tamen non potest isti prouideri vltius in vim nominationum, vel gradus, a fortiori quando habet beneficium, cuius fructus recipiet post vnum annum, vel duos: quia tunc non poterit impetrare nominationes, vel eis vti, & acceptare beneficium, seu beneficia in vim earum.

Nec obstat c. si tibi concessio. de præb. in 6. vbi non vacat primum beneficiũ per adeptionem secundi, cuius fructus alius recipit, quia verum est quantum ad perceptionem fructuum ipsius primi beneficij, vacat, tamen quantum ad hoc, vt postquam possessionem pacificam administrationis secundi beneficij habuerit debito tempore conferatur, aliàs habebit locum Lateran. concilium. ca. nulla. de concess. præb. Henric. Bohic. in c. de multa col. 3. in 2. d. st. de præben. & sic nihil facit contra hunc tex. vide glo. in verbo petere, in fi. §. reneantur. supra eo.

Omnes fructus beneficij nõ possunt recipi ab habente priuilegium.

Nota tamen perpetuo non valere priuilegium, statutum, vel consuetudinem, vt archidiaconus, vel alius beneficij recipiat fructus omnes, quia debet reservari dimidia pars fructuum, vel pars quæ describitur in extrauag. suscepti. de elect. in extra. Ioa. 22. §. in extra. vna. Ne sede vacante, in communibus. Et ideo solet appellari a notorio abusu ad Senatũ, si maiorem pensionem velint eximere, qui hoc solet reformare, nisi illa portio sit illi sufficiens ad victum, vt commodè viuere possit, alioqui cum beneficio quis fame periret. [Imò hoc ann. 1556. & die 22. Maij, in magna camera fuit iudicatum contra archidiaconum Van-

Arrestum.

domien. & condemnatus fuit ad restitutionem fructuum, quos perceperat post sententiam recedentis, licet causaretur sibi fructus deberi ab his qui non sunt promoti, sed quis non tenetur promoueri, nisi habeat pacificam possessionem. ob id archidiaconus, vel alius, non potest recipere post recedentiam fructus per non promotionem. c. commissio. vbi gl. de elec. in 6. alioqui sententia recedentis nil prodesset, & esset illusoria, contra. l. si prætor. ff. de iudicis. fuit insuper damnatus ad interesse, damna & expensas, & bonum est, quod isti fructuum beneficij usurpatores seu prædones castigentur. ¶ Nam sicut ipso facto excommunicati. d. extra. suscepti. quam deberent declarare episcopi contra archidiaconos, & alios fructuum ecclesiarum usurpatores.

Item si post requisitionem & acceptationem primi beneficij vacet aliud, poterit nominatus, si dubitet primum sibi non deberi secundum, requirere, cum protectione, quod si consequatur primum non intendit secundum prosequi, alias sic. Nicol. Melius in reperi. in verb. acceptatio. i. Arch. in c. relatio. in fi. 21. quæst. 1. quod etiam procedit a mandatario.

Et habito primo beneficio, sufficit mandatarario vel nominato exprimere verbo se quomodo dimittere secundum beneficium: & non nominatus requiritur expressa renunciatio, cum non habeat nisi ius ad rem, quod sufficit verbo dimittere, vel facto. cle. gratia. de rescript. glo. in ca. ex ore. de his que sunt a maior. parte. sic consuluat Calder. consil. 5. An si imperam. sub. de renuntiatio. Et hanc dimissionem oportet probare, vt supra dixi, si tamen eodem die nominato conferrentur duo beneficia, & ipse acceptarit, minus, vt posset postea maius habere, vtpote primum erat quingentarum librarum, vel ducentorum ducatorum, alterum centum: dico hoc non posse fieri, quia primo collatum prius debet acceptare, alioqui computabitur secundum acceptatum, vt non possit postea aliud habere, licet illud minus non excedat summam, aliàs fieret fraus, quæ excludenda est. c. sedes. de rescript. §. alias scripti. quorum

quorū inſimul, vel cuius fructus, a
reditus b & prouentus c tempore
reſidentia, & horis diuinis inter
cellendo, ad ſummam ducento-
rum florenorum auri d

fructus
quid dican-
tur et emo-
lumenta.

a **Fructus.** Qui dicuntur deductis ex-
penſis. l. i. C. de fructu. & l. i. in expenſ. c. ad no-
ſtram. de iureiurand. Barb. in c. cum contra. col. 2.
de pigno. & etiam poſſunt dici, qui ſuper-
ſunt deducto labore perſonæ. gl. vlt. l. per di-
uerſas. Conanda. emolumenta etiam dicuntur
deductis ſumptibus. cle. ſtatutum. de elec-
tio. Anſ. in c. ſi propter. de eſcri. in 6. niſi in de-
cimis. c. paſtoralis. vbi gl. & doct. de deciſ. Et ſic
licet qualificatus haberet quingentas li-
bras in beneficiis, deductis tamen oneri-
bus. non habet quadringentas poterit no-
minationes impetrare, & impetratis vti
per prædicta, quod eſt notandum. ſic dixi in
tract. nomi. q. 9. nu. 35. non tamen ponderaui
hoc verbum. vide in l. frugem. ff. de verb. ſign.
vbi dicit glo. quod omnis fructus eſt redi-
tus, & ibi dixi gl. & doct. in cle. de reb. eccl. non
alie. vide Anſ. in c. paſtoralis. q. 1. de deci. & Bal.
Noſellum. in tract. de dote. in 6. parte. 75. pri-
uilegio ante matrimonium. gl. in extra. ſuſcepti. de
elect. in extrauag. lo. 22. in vrb. fructus.

Quid ap-
pellatione
reditus ve-
rius ve-
rius.

b **Reditus** Cuius appellatione om-
nes fructus continentur. gl. & doct. in c. gene-
rali. de elect. in 6. & eo dicitur, quod ſingulis
annis redeat, non retro datus, vt tracta Bar.
in l. filio. ff. de li. & poſt. & eſt nomen genera-
lius, quam fructus, quia omnes fructus cō-
ſiſtunt in reditu, ſed non eſt contrario, nam
partus ancillarum eſt in reditu. l. Paulus. §.
heres. ff. de uſur. ſed non eſt in fructu. l. in pe-
cudum ibidem. §. in pecudum. inſti. de rer. diui.
Spec. in iii. de loca. §. i. ver. illud autem. Corſer. in
repe. c. grandi. nu. 86. de ſupp. negl. præ. in 6. Et
annui reditus ad longum tempus, vel per-
petui inter immobilia computantur, alio-
qui inter mobilia. clem. exiui. §. cumq. annui.
de ver. ſign. Bar. in l. i. ubi nemo nulli. in ſi prin. C. de
ſacroſanct. eccl. Alex. in l. mouentium. ff. de ver. ſi-
gnif. Chaffa. in conſue. Burgund. in rub. des rach-
aptez. §. i. in prin. Et de his redditibus tradit ab-
undē Conrad. in tract. de contractibus. q. 27. &c

reditus eſt genus generaliffimum: genus
verò ſubalternum fructus, genus interius
fruges dicit Albert. in l. frugem. ff. de ver. ſig. vbi
ſuſius ſcripſi.

Qui ſint
prouentus.

c **Prouentus.** Eſt nomen magis gene-
rale, quàm duo proxima, nam compre-
dit fructus & reditus. allegatur. l. uſu fructu
legato. ff. de uſu fruct. quæ reditus & obu-
entiones exprimit, ſed adduco tex. in l. anno-
nam. ibi, vberes prouentus. ff. de extraor. crimi.
Lucan de Penia in l. litibus. col. 7. verſ. hæc de
reditib. C. de agricol. & ſenſi. lib. ii. ea enim quæ
de multis, & iurisdictione, ac alias vnde-
cunque proueniunt prouentus dicuntur,
ſeu obuentiones Boer. in deciſ. Bar. leg. q. 224.
abbas. Imo in c. Paſtoralis. col. 2. de donat. c. vno. vt
eccl. benefi. quaſi velit dicere hic tex. quod ſi-
ue nominatus habeat ducentos florenos
in fructibus beneficii, ſiue in redditibus, vt
in ſyluis ceduis & viuariis, ſiue in aliis pro-
uentibus beneficii, etiam ſi in penſione cō-
ſiſterent, quod tunc beneficium petere in
vim nominationis, vel gradus, nō poterit,
nec conſequi, vt dico in q. vlt. tract. nomi. Dif-
ferentiam inter fructus, emolumentum &
lucrum tradit Imol. in cap. ſi heredes. col. i. de
teſt. nec obſtat, quod ſi reditus ſit genus ge-
neraliſſimum, ergo prouentus non poteſt
eſſe magis generale, quia reſpondeo in d. l.
frugem. de ver. ſig.

d **Florenorum auri.** Floreni dicitur
à flore lilij impreſſo, & quod à Floren-
tinis primo percufſi fuerint, vt aſſerit Go-
mel. in regula cancel. de valore exprimen. vbi
dicit etiam florenum ſolidum, & ducatum
eiſdem valoris eſſe. Allegando Albert.
Brun. in tract. monetarum, quod nō eſt ad in-
tellectum huius textus, & ad excluſionem
graduatorum & qualificatorum, vt niſi ha-
beant beneficia, cuius fructus aſcendat ad
ducentos ducatos de camera nominationes
impetrare poſſint, & illis vti. Et qui di-
cit illos habere vsque ad prædictam quan-
titatem, probare hoc habet nominatus. non
l. 2. ff. de prob. Et idem, ſi quis dicat illum no-
minatum habere aliud beneficium, pro-
bare. n. debet actor ſuā intētionem. l. actor.
C. de prob. doc. in l. 2. §. l. qui accuſare. C. de edē.

Floreni qui
dicantur,
& nomi-
nari quan-
do ſuis ex-
cluſi ſint
nomina-
tionibus.

MMmm

de camera ascenderent, benefici-
cium in vim gradus *a* seu nomi-
nationis huiusmodi tunc petere *b*
*, seu consequi

a In vim gradus.) Non prohibetur
ergo hic obtinere in vim mandati, vel per
nouam prouisionem, vel si alio modo sibi
canonicè conferatur, quia postquam de v-
no negat, de alio concedere videtur. *c. qua-*
lis. 25. dist. gl. in c. de multa. de preb. Imò si ha-
bens beneficia vsque ad hanc summam in
vim gradus, vel nominationis, beneficium
non peteret, sed eidem conferretur per or-
dinarium, non vacaret ipso iure, si esset cõ-
patibile cum primo, quia multa tenent fa-
cta quæ prohibentur fieri. *l. patre. furioso. ff.*
de his qui sunt sui vel alie. iur. & etiam quia
hic non annullatur collatio illi facta, nec
fit incapax ad illud beneficium ipso iure, si
nullus alius nominatus aut graduatus
prosequatur. In hoc ergo casu posset alius
nominatus illud beneficium requirere à
collatore, & prosequi, quia postquam non
debetur isti nominato, ergo alteri debetur,
qui sic debite qualitates per ea que no-
tantur in *cl. vna. de sup. negl. prel.*

Nec posset iste cui est facta talis collatio
resignare hoc beneficium in præiudicium
illius nominati, aut graduati requirentis,
nec plus iuris transferre, quàm habeat. *l.*
eradio. ff. de acq. verum domi. Bar. in l. si vniuer-
se. C. de lega. quia si iste qui habet ducentos
florenos, non potest illud in vim nomina-
tionum consequi pro se, ergo etiam nec
pro alio, quia hoc totum negat, quod nul-
lo modo possit consequi, alio prosequen-
te beneficium, in vim nominationum conse-
queretur, si ex iure resignato alius habe-
ret, gaudeat ergo in sinu.

An possit Papa iure præuentionis isti
conferre ultra dictam summam? videtur
quod sic & hoc patet in rub. seq. in verbo, quo-
modo documque quod an sit verum, ibi, exami-
nabitur. prohibetur tamen ab ordinario
isti conferri tam in vim gradus, quàm no-
minationis, & etiã in vim vtriusq. in *l. ceteri*
condict. §. 1. ff. si cert. pec. & nor. doc. in l. 2. de verb.
obl. vbi sub simplicibus continetur mixtu.

b Petere seu consequi.) Et sic argu. Acceptum
mentum sumendo à contrario, quod est in
iure frequentissimum. *l. ff. de off. eua. & c. si cum, an*
cum apostoli. de his que sunt à prela. non pro-
hibetur nominatus prosequi illud benefi-
cium, quod iam acceptauerat, etiam post-
quam est repletus, quia tantum prohibe-
tur petere, seu consequi, postquam obtinuit
beneficium vsq. ad ducentos florenos, sed
prosequi illud in quo ius antea habebat,
nõ prohibetur, quod probat etiam hic tex.
dicens, si tempore vacationis habebat be-
neficia ad ducentos ducatos, non poterit
petere beneficium, ergo iam habitum pro-
sequi non prohibetur.

Vnde si nominatus vel graduatus in vim
nominationum, vel gradus, acceptauerit
beneficium primum, super quo sibi his mo-
uetur, & postea ei conferatur aliud, quod
pacificè obtinet, vel acceptauerit secundum,
& obtinuit, non prohibetur primum ac-
ceptatum prosequi, eo quod tempore va-
cationis illud non habebat, & fuit primum
quod acceptauerit: vnde multa prohiben-
tur fieri, quæ facta tenent. *l. patre furioso. ff.*
de his qui sunt sui, vel alie. iuris. & factum le-
gitimum non retractatur, etiam si perue-
nerit ad casum, à quo incipere non potuit.
per reg. iuris.

Etiã quod nostrum est, sine facto no-
stro à nobis auelli non potest. *l. id quod no-*
strum. ff. de reg. iur. sed istud beneficium erat
acceptatum tempore ademptionis secundi,
ergo non potest à nominato auferri, sine
illius resignatione, & facto.

Item ponderanda est dictio, obtineat, vbi
si nominatus obtineat, non potest secun-
dum consequi, sed non obtinebat tempo-
re ademptionis primi beneficii, ergo va-
luit collatio primi, vt in *gl. obtineat. supra de*
vi. igitur illud primum prosequi poterit
post ademptionem secundi.

Præterea non inducitur priuatio, nisi in
iure sit expressa. *tex. in c. glo. iur. fi. de iur.*
nec est aliqua lex tale quid dicens. *§. in au-*
tem. in auib. de non elig. secundo nub. colla. &
nominati & graduati essent deterioris cõ-
ditionis, quàm mandatarij & alij.
Nec refragat text. in *cl. grana. de elec.*
quia

quia ille tex. loquitur de gratia, quae ad vnum tantum beneficium competebat. Id eo vno adepto incompatibili gratia expirat, quo ad aliud incompatibile habendum, quia gratiae suae renunciare videtur, cum duo incompatibilia obtinere non possit, & ius praesumit, quod non relinquet beneficium pacificum pro gratia sua, nec dimittet certum pro incerto, secus est in nominationibus, quae non solum dantur ad vnum beneficium, sed ad plura donec fructus ad ducentos ducatos ascendunt, etiam in nominationibus non posset nominatus sine dispensatione aliud obtinere curatum, & alias incompatible, *in d. c. Et tex. in d. de gratia. dicit, gratiae renunciare videris, non autem beneficio, quia non ad rem facilius admittitur, quam ius in re. c. si de concess. preb. in 6. sic intelligitur tex. in c. si pauper. de preb. eo. lib.*

Nec obest c. si pauper. de prebend. in 6. quia loquitur in gratia in forma pauperum, quae cessat & extinguitur per ademptionem pacifici beneficii, quia is non est pauper, qui vnum habet, diuersum est in nominationibus quae non extinguuntur per vnum beneficium, si non sit valoris ducentorum florenorum auri de camera, & sic in omnibus nominationes non sunt similes gratiis in forma pauperum, etiam si habens istam gratiam acceptasset beneficium in vim illius, licet postea obtineret aliud compatibile, non extingueretur ius iam acceptatum.

Item ibi non potest is, qui est adeptus, beneficium acceptare aliud in vim suae gratiae, nec nominatus, qui est adeptus beneficium. 200. ducatorum poterit petere, & consequi aliud in vim nominationum, sed illud quod est consecutum, retinere potest, & si ius quod obtinuit per collationem non amittit, nec me mouet quod consequitur postea, certe de facto & cum effectu, sed de iure est consecutus per collationem & acceptationem, vt suum dici possit. *c. si tibi absenti. de preb. in 6. & qui habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur. l. qui actionem ff. de reg. iur.*

Nec me conturbat, quia sic nominatus

primus fraudem faceret prosequendo secundum, & fraudibus est obuiandum. *l. in fundo ff. de rei vendic. respond. nulla in hoc fieri potest fraus, si opponatur a parte, na si antiquior prosequatur secundum, opponi contra eum potest repletio, & quod obtinuit vnum vsque ad summam praedictam, vnde iudex secundo nominato adiudicabit secundum, si antiquior non probauerit se succubuisse super primo, vel ei non fuisse debitum, quia resignatum, & sic fraus cessabit, & ista sunt notanda.*

non possit. *a* Et insuper quod tam graduati simplices quam nominati beneficia in mensibus eis assignatis vacantia petere & consequi possint secundum propriae personae condecenciam *b* & conformitatem *c* vide.

a Non possit. Ergo antequam eidem sit prouisum vsque ad summam ducentorum florenorum auri de camera, poterit nominatus & graduatus petere & consequi beneficium compatibile cum primo. licet prius haberet vnum vel plura *per hunc text. & per ca. quamvis primum. & ibi doctor. de prebend. in 6. non poterit tamen alterum incompatible petere, nec consequi, non habita prius dispensatione. capitul. ordinarij. §. i. de offic. ordina. in 6. & si facta acceptatione secundi incompatibilis obtineret dispensationem, non efficeretur habilis in praedictum alterius. cap. quamvis de rescript. in 6. quia dispensatio vt nunc valet, no vt tunc. Praepo. & alij in legitimatione in cap. per venerabilem. qui filij sint legi. vide quae scripsi in tractatu nominat. quaest. 15. numer. 34. & supra in verbo, tempore vacationis.] Hodie sine dispensatione nominatus requirit secundum, & postea dimittit primum, quando est affectus secundum, ne praeproperè dimissio ei noceat. Item si nominato repleto conferatur beneficium ab ordinario vacans in mensibus nominatorum, non poterit illud beneficium per non nominatum impetrari, tū quia hic non annullatur collatio, tum etiam quia si collatio esset nulla, hoc es-*

let in fauorem aliorum nominatorum. §. si quis verb. supra. sed si nullus adest qui perlequatur, vel non habuit: perlequatur, ob id non potest ab isto nominato repleto euinci, nisi per nominatum habilem. nā si collatio fuisset facta non nominato valeret. §. tenentur. sup. multo fortius si facta sit nominato repleto, quia gradus non debet facere deteriozem nominatum.

b *Condecetiam.*) Etiam si in nominationibus religiosi non exprimeretur ad beneficia regularia, vel illius ordinis, quia verba in nominationibus posita debent intelligi secundum qualitatem personæ, ad quam referuntur. c. cum de beneficio. de preb. in 6. cap. possessiones. §. ibi Bar. & alij. de reb. eccl. non alien. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. & ibi addidi alia ad hanc rem facientia. Et priuilegium censetur concessum secundum qualitatem personæ, cui conceditur. l. ex militari. ff. de test. milita. & ibi Bal. facit dictum Ioan. Monach. in c. cum aliquibus de rescript. in 6.

Religiosus an debeat esse professus ante nominationes.

An requiratur quod sit expressè professus antequam impetret nominationes vel antequam in vim illarū prouideatur? Responde sufficere esse professum tempore vacationis, per hunc tex. & sufficeret etiam tacita professio, quia in electionibus est statutum, vt quis debeat esse expressè professus. c. nullus. de ele. in 6. & in prioratibus & administrationibus. in cle. 1. de statu monac. & ideo posset fieri collatio illi, statim post suam professionem. Fed. cons. 258. factum tale est, quiddam abbas, &c.

Contrariū tamen seruatur in Francia.

In mandatis apostolicis declaratur per legem regni, quod non debent concedi religiosi nisi professis, in ordinatio. regis, rub. des m. indus, art. 6. & idem in nominationibus seruatur in hoc regno, vt ante professionem expressam nulli de beneficio prouideatur. An in collationibus vel prouisionibus, seu postulationibus habeat locum dictum c. nullus. vide Io. And. Pan. & alios in c. 2. de test. & not. in cle. 1. de ele. Io. de Selua. in trac. de beneficio. in 3. parte. q. 51. decedentes quod non. An sufficiat quod tempore vacationis sit regularis, vel secularis, vt qualitas beneficij, exposcit, vide Fel. in ca. eam te. col. vltim.

de rescript. post gloss. in verbo, religiosus. in §. illi. verbo. eo. ritu. in pragm. & dominum Probum in addit. ad Ioan. Monachum, in cap. cum qui. de prebend. in 6. pulchre Bal. in cons. 492. Petrus de Fessa, in 1. vol.

c *Et conformitatem.*) Conformitas & concordantia est, vt religiosi S. Augustini prouideatur de beneficiis illius ordinis & religionis, & religiosi S. Benedicti, de beneficiis illius ordinis, & in ecclesiis vbi monachi gerent habitum nigrum, decet prouideri alijs deferentibus nigrum habitum & similem, vbi est habitus albus, prouideatur ex decencia habentibus albu habitum. c. deus qui. de rit. & hone. cleri. Nam dicitur, Non arabis in boue simul & asinus, id est, homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis. Deut. 22. & in c. nona. 16. q. 7. facit canon, vt lex 27. q. 1. de in agro. §. 1. de statu monacho. Deficientibus tamen monachis nigris possent conferri beneficia illius ordinis monachis albis vel canonicis, quia isti in iure æquiparantur. ca. quod dei timorem de statu monach. gl. in c. 1. cum singula. §. si. de preb. in 6. & quia istæ religiones conueniunt omnes in tribus substantialibus regulæ, de quibus in ca. cum ad monasterium de statu monach. & ista diuersitas tacit potius religiones differre in qualitate accidentali, quam in substantia. text. & ibi Barb. not. in cle. 1. de elect. vide Domi. in cons. 42. pro clarijs & tex. in c. nullus. cu. dist. gl. in c. possessiones. de reb. eccl. non alien. Et de prelatione & præeinentia inter monachos S. Benedicti, & canonicos S. Augustini, tradit plene Io. Baptista. in suis consilijs sacro. collegiorum Bono. Padue & Febra per totum.

Et an deficientibus nominatis vel graduatibus regularibus possint beneficia regularia vacantia in mensibus eis deputatis istis secularibus conferri, quod non probatur in hoc text. & in ca. cum beneficio. de preb. in 6. vbi status beneficij non possit immutari, nisi omnino deficerent religiosi, tunc secularibus dari possent, & requireretur quod essent qualificati. per text. & ibi not. in cle. 1. de reb. eccl. non alien. quia necessitas non habet legem. capi. si quis propter. de fur. l. vna. ff. de offic. consul. & necessitas facit licitum, quod alias non

alias non esset. l. 2. §. cum in eodem. & ibi gl. ff. ad l. Rho. de iact. & c. dilectissimis. 12. q. 1. Petr. Ge. rar. singulari vlt. videt. in ca. inter quatuor. de rel. dom. Dec. in c. cum M. cum in cunctis. in fin. princ. de ele. post. lino. in cle. vna. col. 3. de suppl. negl. pr. la. q. 6. loa. Dayma in praxio supra in verb. vendicabau. fol. 71.

Et tunc prodesse Papæ dispensatio secularibus concessa ad regularia, aliàs non valet in præiudicium nominatorum, vt inferius dicitur. pr. ext. in c. ius dispensationis. licet seculares secularia, & religio si regularia a beneficiis ecclesiastica, ita quòd secularis nominatus beneficia regularia in mensibus deputatis vacantia pr. ext. in c. ius dispensationis b apostolica, & e contra

*Que dicā
in regu-
laria, vel
secularia,
aut soluta
regi per se-
culares.*

a Regularia. Dicitur illa de quibus in fundatione dictum extitit, vt per religiosos regeantur, vel quæ consueuerunt per eos regi gl. in §. idem ordo. in verb. regularibus. eod. tit. in prag. loa. de Selua. in t. act. de benef. in 1. parte. q. 4. nu. 13.

Idem intellige in beneficiis cōsuetis regularibus debeantur, & consueta regi per seculares secularibus. c. cum de beneficio de præben. in 6. requiruntur tamen sequentia, antequam qualitas beneficii mutari possit.

*Que re-
quiritur
consequam
beneficia
dicantur
conuenia
conferri
regularib.
vel secula-
ribus.*

Primum, quod is qui possedit beneficiū, fuerit ibi institutus. text. ibi instituitis. & accipitur largè institutio pro collatione, vel alia prouisione. Dy. in reg. vlt. in 6. per illum tex. & in c. post electionem. iuncta gloss. de concess. præb. & si de facto teneretur beneficiam, non haberet locum ille tex. vt glo. ibi. & doct. firmant, quia non esset institutus, vt requirit ibi tex.

Secundò, requiritur bona fides, ideo si clerici seculares contra papæ præceptum, vel prohibitionem beneficium possederint regulare, non præscribunt. Fel. in cap. in nostra. col. pen. de refer. Ioan. de Selua. in tract. de benef. in 3. parte. q. n. num. 49. dixi in §. i. infra de firma & irrevocabili concord. stab. quia malæ fidei possessor nullo tempore præscribit. c. vigilanti. de præse.

Tertiò requiritur quòd conferens eo animo & intentione conferat, videlicet vt imprimat alium statum benef. & ideo in collatione debet collator dicere regulari, confero beneficium seculare, & seculari debet dicere confero regulare, licet non sit illius qualitas. alioqui si daretur in cōmendam, vel ex dispensatione possideretur, vel diceretur dependere à monasterio aut diceretur officii regulare, tunc qualitas contraria non præscriberetur. Domi. & Perus. ibidem. vide Regidium bella mera. consil. 41. supposito. * Nisi beneficium commendaretur aliud iam habenti, quia hæc commenda fieri censetur ratione alterius beneficii, non ratione qualitatis beneficii: ideo si seculari habenti beneficium in titulum cōmendetur regulare, non expressa tamen ea qualitate, sed simpliciter Papa dixerit, parrochiam ecclesiam tibi commendamus, tunc in illa commenda qualitas præscribitur, vt vidi teneri in praxi, per ea quæ doct. not. in d. c. cum de benef. 10.

Quartò, requiritur possessio quadraginta annorum, quando probaretur beneficium esse regulare, vel e contrario, vel vera qualitas, secus si contraria qualitas non probaretur, quia tunc sufficit, quod fuerit vltimò possessum per secularem, licet non interuenerit præscriptio ad hoc, vt seculari debeat. si probaretur possessio hinc inde, eo casu attenderetur vltimus status. de Rote. decis. 487. nota quod imperanti in antiq. & decis. 32. fuit in no. Nicola. Milus in reperi. in verb. beneficium. §. 23. Feder. consil. 240. salua. etiam titulum requiri, consuluit Anchar. consil. 162. in questione. Et D. Gomez. in tracta. gratiarum expectatiuarum. in decima forma. dicit decem annos sufficere quo ad fauorem graduatorum, si tamen ecclesia regularis mutauerit statum in secularem, vel e contrario, non tamen perdit subiectionem vel collationem per tex. & ibi doct. in c. dilectus de capel. monacho. quod est valde notandum, quia sæpius vidi super his dubitari.

b Dispensationis. Non excludit dispensationem apostolicam & regiam, quia nil tam naturale est, quàm eo genere

vnunquodque dissolui, quo ligatum est, nihil tam naturale est de reg. iur. ff. & omnes res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de reg. iur.

Papa quādo post se per religio- sis dispen- sare.

Posset tamen Papa dispensare, vt religio- sus vnus monasterii habeat beneficia in alio alterius ordinis, & ille sic dispensatus poterit beneficia in vni gradus, vel nominationis obtinere, quia hic text. tantum prohibet dispensationem regularibus vt secularia habeant beneficia, & contra: sed non vt regulares habeant regularia alterius etiam ordinis. vide Pan. & alios in cap. Deus qui. de vir. & honest. cle. & regul. cano. 66. posset etiam Papa iure praeuentionis regulare beneficium conferre seculari, vt in prox. inf. §. declarantes. in verb. quomodocunque pater, sed dispensare quod nominatus secularis habeat beneficium regulare per suas nominationes, hoc non potest, vt hic & dico. infra. x. prox. nisi in defectum religiosorum, vt dixi supra in verbo, & conformitatem. Nec posset dispensare circa qualificationes in text. postas, cum altera pars super contractu non dispenset. l. 1. & 2. C. quando lic. ab emp. disc. & sic non valeret, si dispensaret, quod quis posset sumere nominationes sine studio, vel post biennium, vel sine gradu.

Super qua- lificationibus Papa non dispen- sat.

Idem si Papa vellet afficere aliqua beneficia graduatorum, vel nominatorum, vt pote, si cedentibus vel decedentibus duobus canonicis Papa statuerit, vt illorum praeb. conferrentur cantoribus seu aliis non qualificatis. nam si praeb. primae vacet in mensib. qualificatorum debentur non obstante statuto, vel tali dispositione qualificatis, quia postquam Papa non potest tollere in totum beneficia qualificatorum, sic nec pro parte, nisi iure praeuentionis, prout sibi retinuit in §. declarantes. infra. i. u. prox. & quia hoc videtur ordinasse sine prauidicio qualificatorum. cap. quamuis. de refer. in 6. & sua dispositio fortietur effectum, quando vacabunt alio tempore non affecto dictis qualificatis.

Professione nouam facere an te-

An monachus professus in vno monasterio, si ad aliud transeat, debeat ibi professionem facere nouam? quod sic proba-

etur in c. abbate S. Syluani. & ibi Pan. in 4. not. de verb. sig. & cons. 96. cū ad aures. in fi. vol. 1. quod est verum, quando diuersae sunt regulae, & vt monachus dicatur secundi monasterii, secus quo ad substantiam reg. Dec. in cap. preterea de preb. Seruatur vt non fiat noua professio. Et an valeat permutatio facta de beneficio vnus monasterii, cū alio alterius monasterii, quod non coram ordinario sine translatione, no. in c. 1. in fi. de priuileg. lib. 6. hoc non occupatum in rad. Coll. in c. 10. in fi. de reg. sed corā Papa secus, quia translatio videtur per Papā fieri licet nō petatur si appareat ex supplicatione, quod alterius monasterii sit religiosus, vt est regula cano. de translatio. vel incip. Item si regularis. reg. 66. De dispensatione, vide quae dico in gl. dispensationem, infra in forma manda. apostoli.

religiosus a secularia beneficia petere aut consēqui minimē possint. Quod que beneficia simpliciter, vel ex causa permutationis bin a Religiosus.) Et si religiosus potest obtinere nominationes, debet tamen antequam adeat studia generalia, habere facultatem a suo praelato cum consilio sui conuentus, vel maioris partis ipsius. ex in Religio. c. 2. ne elem. vel monach. in 6. Anst. in dec. Tho. q. a quo debet 279. Leon. an valeat. & c. & in consil. benedictinis. haberi. ca. 6. de studiis. licet de consuetudine solus cultus abbas missionem praestet & facultatem qui rursus ad si sine causa recuset monacho docili. facultatem hanc dare poterit episcopus. arg. ca. null. is. de iure par. Ioan. And. & alii in d. c. 2. & si religiosus sine praelati licentia ad studia se transtulerit, est excommunicatus nec poterit gradum sumere, tum quia pro mortuo habetur. cap. 2. & ibi doct. de uacatori. l. 1. in repet. l. si quis pro eo si de vsu. tum etiam quia excommunicatus dicitur infamis. gl. in c. 1. in ca. 1. quo tempore miles. ca. infames. 6. q. 1. Rom. sig. gradum. 675. & 788. Ideo ad dignitates aspirare prohibetur. Reg. infamib. de reg. iur. in 6. & quia haereticus comparatur. gl. in c. fi. de pen. in 6. & quia est prohibitus a communione hominum. c. 2. & c. exceptionem. de exc. c. excommunicatos. n. q. 3. Bar. & alii in consil. C. & Par. d.

de Lesnauder. in opusculo de doct. in r. part. q. 18. Sexaginta excommunicatorum poenas scripti inferius in ru. de exc. non vitand. Et eo casu non poterit nominationes impetrare, cum rescriptum ab excommunicato impetratum non valeat. c. i. de refer. in 6.

Si verò facultatem studendi extra monasterium habuerit à suo prelato, tunc & nominationes sine alia licentia habere poterit, quia ista videntur concessa in consecutione. c. p. in c. de off. deleg. l. 2. ff. de iuris d. om. iud. §. ibi no. nam Spurius legitimatus per Papam potest doctor fieri & ad alias dignitates admitti per quas nulli sit præiudicium, secus in aliis. Card. in pro. mo. cle. fo. q. 3. in prim. Puto etiam quòd si sine facultate studeret postea habita absolutione à suo prelato tempus illud studii factum sine licentia proderit, quia per absolutionem reponitur in illo statu, qui ob origine naturæ inhærebat: ideo actus conualefcit. l. filio cui pater ff. de li. §. postb. l. qui apollonios de her. inst. Facit quòd no. Bar. in l. cum vir, col. 3. de vsuc. §. Pan. in c. cum ex off. col. pen. de prescrip. d. c. i. de refer. in 6. vbi doct.

ne iuris. & ibi hoc tenet gl. facit. c. cum vniuersorum. eo. tit. §. l. auxilium. in ff. de mino. Idè si resignans ante 20. dies moriatur, si non fuerit derogatum regulæ de 20. dieb. v. dixi supra eo. in §. prefati ordinarij. in verb. vacare. Idè si resignarem meum beneficium, vt tuus nepos haberet illud, & tu resignares tuum, vt ego illud haberem, quia ista resignatio est simoniaca. Car. Salu. in dic. cle. vna. facit. ca. ex parte. x. de off. deleg. l. in. in ca. cum vniuersorum. de rer. permut. Multas congererem hic quaestiones de permutatione, sed propria materiam prosequor, & bene multa licet videre. in tract. permutationis benef. §. per doct. in locis ordinarijs. de rer. permut.

Notandum est tamen quòd in permutatione beneficiorum requirantur sequentia. Primum, quòd resignentur beneficia. c. vno. de rer. permut. in 6. Secundam, quòd interueniat collatio beneficiorum resignatorum causa permutationis. c. inter. de prob.

Tertium, quòd episcopus, vel alius superior auctoritatem præstet. c. quæsum. de rer. permut.

Quartum, consensus illorum, ad quos spectat collatio, electio, vel præsentio. gl. in cle. vna. eo. tit.

Quintum, consensus permittare volentium. c. i. ibi. communi voluntate. de rer. permut. Petr. de Vbal. in tract. de permut. benef. quæst. 4. num. 42.

Vltimum requiritur, quòd permittentur spiritalia cum spiritalibus, & ius in re, non cum iure ad rem. Feder. in tracta. de permut. benef. q. 13. alleg. tex. in c. si. de rer. permut. & Host. in summa illius tit. §. quid potest permittari. Alia scripti in praxi beneficijs in refer. permut.

Et sic permittauero beneficium meum cum tuo, quòd dicebas pacificum, si quis mouerit mihi litè super eo, ego debeo tibi denunciare, vt psequaris, & quòd facias cessare molestiam super eo: aliàs in casu euictio- nis, quòd cõdeneris ad simile beneficium, valoris, & qualitatis primi à me dati. & sic condemnari solet. ita in praxi seruatur. [vel quòd licet mihi ad meum redire beneficium, per cap. si beneficia de proben. in 6. & tutius

Sex requi- sira in per- mutatione beneficiorum.

An monachus electus ad prioratum nõ curatum, nec collegiatum, sed ad simplicè & regularem, & eiusdem monasterij designat esse sub obedientia abbatis: quòd non, concludit las. conf. 77. præsupponitur. in i. vol. vide Bonif. in cl. ne. in agro. §. ad hec. de statu monach. & gl. in ca. de monachis. 16. q. 1. & an postquam renunciat primo monasterio, remaneat monachus primi monasterij quo ad suffragia, & alia, vide per Pet. de Peru. in tract. de mutati. status persona. quæst. 2. & 3. & gl. in ver. eligant. in §. 1. de elect. in prag.

b Permutationis. Nisi fieret in fraudem nominatorum, vel graduatorum, quia tunc illa beneficia licitè conferuntur nominatis, vel graduatis, cum resignatio teneat, & quia resignantes non fuerunt vsi beneficio iuris, sed in fraudem legis & sic non habet locum cle. vna. de rer. permuta. ibi, videlicet, vt collatio facta alijs quàm permutantibus, non valeat, nam hoc casu ratione fraudis valebit per tex. ibi, ne concessio.

Praxis quando mouetur lis super beneficio permutato.

tutius est hoc ultimum profequi]

Et in hac permutatione debet episcopus diligenter inquirere si versetur utilitas ecclesiarum permutatarum, vel necessitas. *c. scias. 7. 7. 1.* & debet conuocare patronos, si ecclesia habeat, & omnes quorum interesse potest ad illam inquisitionem, & si reperit permutationem utilem, vel necessariam, præstabit consensum & auctoritatem, pro qua semper præsumitur, & quod recte fuerit accommodata. *l. in c. innotuit. de eo. qui furtiuè ord. recepit. refert Ancha. cons. 279. q. Cal. cons. 2. rub. de ver. permu. & cons. 4. ibidem dicit, an succurratur alteri permutanti, si fuerit læsus vltra dimidiã quod nõ. concludit. Anth. de Burgos. in cap. cum causam. 22. limita. col. pen. de emp. quia titulus beneficii habetur à superiore, non à parte. Anch. ibid. & Inol. & Probis in addi. ad loa. Monachum. in c. 2. de renun. in 6.*

Deceptio
vltra di-
midiam
in permu-
tatione be-
nificii, an
succurra-
tur.

Quod est verum remedium illius legis, quæ pro rebus datur prophanis, vnde *Dec. c. 5. 210. vi. o. puncto, concludit post Feder. in tracta. de permutat. beneficio q. vlti.* solam inæqualitatem non reddere permutationem nullam, non probata alia fraude, sed si aliunde probetur fraus, vtpote persuasit pars suum beneficium tanti esse, & affirmavit, tunc si non sit verum, permutatio rescinditur. *c. cum vniuersorum. de rerum permu. vel agetur vt impleat, quod promissit ratione inæqualitatis. c. ad que est. ibid. vide Boer. in decis. Burdeg. q. 205. tractatus. & ad episcopum aut superiorem spectat admittere permutationes, & non ad inferiorem, c. que suum. de rer. perm. an capitulum ecclesie collegiate possit hoc præscribere, quod non. concludit Egidius bella mera, cons. 27. vtrum. Et permutatio dicitur fauorabilis, & quâuis pluries fiat, non præsumitur fraus teste *Dec. in c. cum venerabilis, sexto no. de excep. vide plenè per Paul. de Rom. in tracta. de pensio. cap. 7. §. fin.**

mensibus graduatis simplicibus & nominatis assignatis vacantia eis non sint affecta *a* nec debita, sed ex causa permutationis cum permutantibus duntaxat: simpli-

citer verò vacantia *b* beneficia huiusmodi personis idoneis per ipsos ordinarios liberè conferri possint.

a *Affecta.* Dicuntur beneficia ratione litis. *clem. 1. vt licet pendens. & commenda. c. nemo. de ele. in 6. & ratione expectantis, qui acceptauit, & non fecit sibi provideri, & vbi papa apposuit manum, etiam si moritur. *not. in c. tibi. qui de rest. in 6. Prouinc. fol. 77. Pan. & alii in c. in er dilectos. de excess. prela. sed hoc iure non vtimur in Francia quo ad vltimum, vt dixi de refer. §. 1. supra. & etiam afficitur beneficium ratione reservationis, quando Papa reseruat suæ collationi. *d. ca. tibi. qui. item ratione decreti. cap. dudum. de prob. in 6. & quando confertur canonicatus. c. si postquam. ibid.***

b *Vacantia.* Non fraudulenter, quia quando fit permutatio in fraudè graduatorum, vel nominatorum seu resignatio in fraudem antiquioris nominati, tunc debetur eisdem, non verò facientibus. fraudè, vt supra dixi in gl. permutationis. Quæro quando dicatur fieri in fraudem? *Resp.* Fraus & dolus ex coniecturis probantur. *l. dolus. C. de dolo. l. quia autem. §. non simpliciter. ibi. si modo nulla collusionis suspicio religionem preteroris instruxerit. ff. si quis omnia cau. testam. ideo videndæ coniecturæ, ex quibus probantur.*

Prima est, quando aliquis graui infirmitate detētus permutat beneficia in mensibus graduatorum, vel iuxta, postea in illis mensibus ante viginti dies vacat, vel in mensibus nominatorum. *l. filie. ff. sol. mat. & in benef. c. 1.* dicitur grauis infirmitas, quando ex ea moritur, vel quando per medicos, vel cõmuniter alios reputabatur moriturus ex illo morbo. *Alb. in d. l. filie. & ista grauis infirmitas debet allegari, & probari, & quod fuerit tempore resignationis & permutationis, alioqui non prodest. Ancha. cons. 387. licet pridie. in fi. & cons. 388. in casu col. 2. & seq. Plenè scribit Bar. in c. in presentia. nu. 38. & seq. de prob. & Aymo Crauere, in cons. 82. dominus colum. 2.*

Secunda

Secunda coniectura est, quando confanguineus cū confanguineo, vel magnus amicus cum amico permutat in prætituto tempore: quia præsumitur quod caro & sanguis reuelat illam permutationem, vel magna amicitia e. graue. de præ. de Roia, deci. 99. no. præsumitur. in antiq. not. las. in simili in lexigendi. C. de procur. anch. con. 385. licet pri die. in fi.

tenuta. Tertia coniectura est, quando quis permutat pingue beneficium cum tenui, tūc in pinguis inæqualitas fraudem præsumere facit. l. benedicti cū inæqualitas fraudem præsumere facit. l. spadonen. §. fi. & ibi no. Bal. ff. de exc. tur. c. quia ueni frau- den ostendit. & ibi Car. Pan. & Fel. de præsumptio. quia nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis fortè expensis, & laborib. acquisitum quo sustetari debet, facile sine magna causa sua sponte resignet. te c. in ca super hoc. de renunc. ex nimia enim liberalitate præsumitur fraus, l. omnes. §. Lucius. ff. que in frau. cred. facit. l. ex morte. cū seq. & auct. ibi posita. C. de pact. conuen.

Quarta coniectura allumitur ratione temporis. l. omnes. §. fi. ff. que in frau. cred. vt quando tempore prætituto, seu circa resignatur, & postea beneficium vacat tempore prætituto graduatis, vel nominatis. vt supra dixi.

Quinta, quando resignatio fit clam, & dicitur notario & testibus, vt teneant eam secretam. Bar. cons. 60. præclare. col. 3. in 4. vol. Bar. in l. in frau. de in princ. ff. de h. s. quib. vt in dig. Dec. in l. quo tutela. §. clam. de reg. iur. nam qui malè agit odit lucem, ne manifestentur opera eius, vt est in euangelio. & in c. consulu. de off. deleg.

senis renū- Sexta est, quando resignans esset valde catio frau- senex, ita quod non esset spes vt excederet don præsu- menssem qualificatis prætitutum. gl. in c. si de renun. in 6. nam senectus per se inorbus est, teste Cicerone de Senectute, & parum viuere præsumitur. l. hereditatum. ff. ad l. falci. idgo fortè facilius est admittenda resignatio senis quam atri. senio enim contractus præsumitur cito liberare ecclesiã, quia antiquitas & senectus sunt prænitia mortis. Arch. in c. nihil. 2. co. 7. q. 1. per tex. in c. illud. 13. qu. 2. sed ægroti & inirmi diutius solent aliquando viuere quam senes, secundum

eum, quia proximus morti pro mortuo habetur. arg. l. pe. ff. de test. milit. Anch. cons. 430. fuisse. col. 2.

Septima, quando quis resignaret tēpore peltis in domo resignantis iam existentis, quia habetur, ac si tempore infirmitatis resignaret, cum prope sit cogitationis ratione, arg. l. si quis fumo. ff. ad l. Aquil. præsens. de procur. de Ripa. in tract. de peste. in prim. vel si resignaret aliquis accusatus statim condemnatus, vt docet Boer. q. 206. & quia in decis. Burdeg.

Octaua coniectura est multiplex resignatio, nam hoc ostēdit omnino velle priuare graduatum, aut nominatum, seu aliū expectantem. arg. c. sen. el. malus. de reg. iur. in 6. & ex multis clausulis positis in tauorem vsurarii præsumitur contractus vsurarius. Card. in ele. vna. de vsu. §. ceterum. col. 2. Cepolla, in tract. de simula. contractum. 14. præsumptio.

Multiplex resignatio fraudem do-

Nona coniectura est, quando resignans dicit promissiones sibi factas adimpleri, tūc præsumitur, quod non intendebat resignare, nisi mediante illis promissionib. Bar. cons. 60. præclare. col. 3. vol. 4. & illa resignatio præsumitur simoniaca.

Decima coniectura est, quando beneficium postea per mortem vacans conferitur ei qui resignauit tenue beneficium durante infirmitate illius, qui habebat optimum beneficium, quia fraus ex actum sequela præsumitur. Bal. in c. dudum. 2. col. 2. de ele. vel quando conferitur suo confanguineo. c. 2. de renun. in 6. vel quando conferitur etiã alteri, data pensione resignanti beneficium modici valoris, quia tunc est eadem ratio. per tex. in c. in nostra de rescrip.

Vndecima est, quando inimicus mandatarii, vel expectantis, resignat beneficium tenue, licet non speret aliud sibi conferri, etiam si nullus sit infirmus. gl. & doct. in dict. c. 2. cum sit eadem ratio, ergo erit eadem iuris decisio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. facit. tex. in c. nobis de simonia.

Duodecima, quando procurator resignat alio modo, quam esset constitutus, vt fraudulenter constitutus ad resignandum causa non valet. permutationis, & procurator resignat

Resignatio fraudulen-

NNnn

simpliciter, tunc non nocet constituti, quia actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cert. per. & non intendit pars resignare nisi sic. quod probat clausula non aliter, nec alio modo, quæ solet poni in instrumentis procurationum de qua Soc. con. 251 col. 4. in 2. vol. & alibi scripti.

Etiã non debet nocere resignanti, si constituerit procuratores ad resignandũ in fauorem certæ personæ & alius fraudulentè aperiendo literas accipiat pro eo & resignare simpliciter faciat, & hoc probat. cl. multorum de penis si bene inducatur. & inferius scribam.

Vltima coniectura est, quando subditus collatoris renunciat beneficium decem solidorum, vel aliud modici emolumentum, quia hoc præsumitur facere in fraudem expectantis instigatus per collatorem, etiã si nullus sit infirmus. per ea que not. per illon rex. in ca. super hoc de renunc. & not. in l. ff. de publi.

Cautela
pro manda-
tariis con-
tra ordina-
rios.

Vidi tamen excogitari vnã cautelam contra ordinarios, qui sic faciunt vacare beneficium minimum, vt is mandatarius procuret, quod aliquis illud impetret à Papa iure præuentionis, & postea mandatarius illud ab ordinario requirat, & is impetrans aget contra mandatarium, interim pendente processu, si vacet aliud beneficium illud poterit petere sub protestatione solita. Sed cautela est, quod ordinarius illud conferat, ne præueniatur.

Et hæc sunt præsumptiones vltra. 230. traditas per Lucam de pen. l. quemadmodum. c. de agris. & censu. lib. n. quæ huic rei parum accommodæ sunt.

Quo conie-
Bura suffi-
cienti ad iu-
dicandum.

Notandum est, quod vna coniectura instarum non sufficit ad iudicandum, vt tenent Rota, deci. 129. nota quod non vitatur. in articulis. sed plures sic, ex quibus iudex possit animam suam ad iudicandum informare. c. in presentia de renunc. & facta informatio ne fraudis, & probatione vtrunq; beneficium debebitur qualificatis aut mandatariis, per dictum c. si postquam vacauerunt in tempore illis statuto. & paria sunt non facere per-

mutationem, vel minus legitime, l. quoniam. ff. qui satisd. cog. & quamuis expectans non perdat suam gratiã, vt in nominationibus est videre, tamen adhuc habebit locum decisio dicti. c. 2. & per ea que supra dicta sunt: quia quando ductiones sunt in vna lege tunc vna cessante non cessat lex. & affirmatus. inst. de nup. sed in d. c. fin. est duplex ratio, prima vt obuietur fraudibus secunda, ne expectans sua gratiã priuetur, si nõ priuetur sua gratiã, tamen eo quod est facta in fraudem, non valebit: aliàs dolus prodefflet contra iura. c. ex tenore de refer. & ius pararet viam fraudibus, quibus maxime obuiat. ca. sedes de refer. l. conuente. file pact. dota. sic expressim consuluit B. v. conf. n. scripti col. 15. n. 1. in 1. vol. licet multi contra teneant in d. c. 2. Ita tamen est verior. nam per mutatio facta in fraudem illorum, qui debent vocari, non valet. Cald. conf. 2. de ren. perm. nec permutatio facta in fraudem illius, qui debet optare. iuxta s. fin. de consuet. l. in 6. impedit optionem. vt publice consulti B. v. conf. 60. præclarè col. 2. in 4. vol.

Quæro quomodo excusetur illæ coniecturæ. Respondeo si resignatio fuerit facta coram papa, qui in beneficio habet plenissimam potestatem. c. 2. de preb. in 6. c. 1. & excusatio licet pend. intellige quando omnes illæ coniecturæ sunt expressæ coram Papa, & in supplicatione, alioqui censetur circumuetus, nec sua valebit prouisio, quia non intendit conferre. arg. l. mater. ff. de in. ff. nec purgatur vitium ignoratum. l. sequitur. §. Labeo. ff. de r. succ. leg. seruis. de her. poss. & sic concludit Oldra. conf. 224. saluum col. 1. & seq. vbi decidit resignationem fraudulenter tam in curia factam non valere, & ideo ordinarius poterit conferre illud beneficium, licet in curia vacauerit quia dignus est pena qui circumuenit conscientiam Papæ. l. si c. de his. qui à non domi. man. & maculam, quam ignorat Papa quod non intendat tollere, allegatur d. l. mater. & c. primum de cons. in 6. sic consuluit de Bella met. conf. 32. pro introductione. col. pe. loon. Bapst. in cons. sacro. colleg. col. pe. in cons. Bononiens. vbi dicit indultum non extendi ad ea, in quibus Papa non præsumitur habere scientiam.

tiam allegat. Bal. in l. si. C. sent. reser. non posse. col. 2.

Impetrans beneficium non in se nominato non hoc ex parte de m. Item sicut necesse est facere mentione de expectante ca. ex part. a. de offi. de leg. sic oportet exprimere quod beneficium vacavit in mensib. qualificatorum, qui firmius ius habent quam expectantes, & non solum facti mentio est habenda: sed & modus facti exprimi debet. l. precibus. C. de impub. glo. in c. dilectus. de reser. Et quavis Papa retineat sibi collationem beneficiorum iure preuentiois, quocumq. modo qualificatorum, in rub. seq. non tamen sibi retinuit, vt in fraudem nominatorum & graduatorum conferat, ergo hoc non intendit: & si faciat est circumuentus, quia contra sua concordata non intendit venire, vt ipse attestatur in rub. d. firm. & irreu. concordato. stabili. infra.

Nulla res. Imo si facta resignatione in partibus, & admittit Papa iterum conferat derogando illi regulæ de viginti diebus, non valebit hæc fraudulenta collatio, minus valebit derogatio per prædicta & per consilium. Oldr. 324. in allegatum, quia nec iure preuentiois confert nec vitium ignoratum tollit, licet videatur subtiliter factum, tamen nihil prodest. Item in collatione legati facta post resignationem admittam per ordinarium, cum derogatione regulæ de viginti diebus, quia cum beneficium non vacaret, non potuit fraudulenter ius qualificatis tollere. Et sic fuit iudicatum in hoc supremo Parisiensi senatu, & prolatum in vigila Assumptionis Beate Mariæ, Anno 1539. pro domino Francisco de Borges, contra Bricon. Et sic limitatur gl. in verb. vacare. in §. præfatique ordinarii. supra. eo. & his fraudibus totis (vt aiunt) neruis est obuiandum. l. fundo. ff. de rei. vendic.

Secundo, vitiatur coniectura fraudis quando beneficium optimum habebat curam onerosam, vel aliud onus, cui non erat permutans par. vt pote quia erat senex, & beneficium modici valoris paruum onus habebat, fortè erat beneficium simplex, vel persona illa vtilior in alio loco. ca. scias. 7. q. 1. Anch. cons. 279. q. proponitur. Bert. cōf. 31. etiam si in 2. vol. ex. 1. editio.

Tertio, excusatur quando in beneficio

non poterat securè morari propter inimicos ibidem habitantes, vel alias: nam tunc inæqualitas beneficii excusat. c. ad supplicationem. de renunc. pastoralis. 7. q. 1. Pan. & Fel. in c. qui a versimile. de presump.

Quarto, quando aer ibi non erat salubris, quia fortè nimis calidus in ætate. ca. dilecti. in si. de dolo. Cepola in irac. de seruit. rust. præd. rub. de aere. vbi dicit magis æstimari fundum propter cœli temperiem: & etiam beneficium, quando est in loco amœno, & delectabili, teste Anch. cons. 328. in ca. su. col. 2.

Quinto, quando beneficium tenue erat, in patria cedentis, beneficium optimum non quia patria sua induxit eum ad permutandum, etiam cum modico, cui sit cuiuslibet dulcissima. l. qui habebat. in prin. ff. de leg. 3. & impium est cuiuslibet suam patriam relinquere. glo. in l. vna. C. si curialis relicta ciuitate, vbi habitare maluerit. li. 10. & ibi parvus meus Rebuffus, & patria originis semper reputatur esse maior. gl. in l. fin. C. de seruis export. quam sequitur Bal. in l. executorem. nu. 39. C. de execut. rei. iud.

Beneficium in patria magis optatur.

Sexto, quando beneficium modici valoris fuit possessum diu per illos de consanguinitate, vel per eos fuerit fundatum, nam affectio præsumitur ad res maiorum. l. si in emptione. ff. de minor. l. 1. §. sed si rem si quid in fraud. patron. Cepola in irac. de simula. contract. 15. præsumptio.

Septimo, quando beneficium leuis valoris est intra ciuitatem opulentam, beneficium magni valoris est ruri, tunc excusabitur fraus, si ille qui vult habitare in ciuitate, poterat in ciuitate lucrari, vt pote quia doctus, & poterat consulere, vel aliã vtilitatem facere, & etiam dicitur: Beati qui habitant vrbes. l. ff. de nundinis. nolebat esse ruri subditus, vt omnibus armigeris gallinas præberet.

Beneficium intra ciuitatem plurius est quã extra.

Octauo, quando tenue beneficium habebat dignitatem, & i. qui habebat pingue, erat Thraso miles gloriosus, vel nobilis, volens habere honores, vel volebat esse iudex delegatus iuxta ca. statutum. in prin. de reser. in 6. vide Lucam de penna, in l. quæmadmodum. C. de agric. & cens. l. u. alias fraudis cō-



*Resignans
quando fru-
ctus postea
recipere
possit.*

iecturas in beneficiis, cum infinitæ sint, omitto.

Ultimò tenere debemus mente, quòd si resignans receperit fructus post resignationem etiam nomine alterius, cum nullo iure recipiat, tenetur eos restituere, *vt scribitur in prouinciali omni. c. eccle. fol. 33. vers. consultus, &c.* Secus si tantum constituerit procuratores ad resignandum, quia tunc antequam idem notificetur resignatio, facit fructus suos etiam in conscientia, quia potest præsumere, quod superior noluit resignationem admittere, ver. procurator non resignauit, vel pars noluit. *arg. l. sed & socius. §. si absentis. ff. pro soc. Probus in add. ad Monach. in d. c. 2. nu. 30.*

Et poterit ille interim conferre beneficia, quorum collatio spectat ad illam dignitatem, & erit rata per l. si forte. ff. de off. pres. Si ergo interpretabor hæc concordata, vt non possint reprehendi. *vt dicitur in l. Saluus. ff. de leg. prest. quem no. Soc. cons. 121. col. 2. in i. vol. quod statuta debent interpretari. vt non possint à sapiente reprehendi habemus. de §. volumus.*

§. STATVIMVS. II.

Parochiales ecclesie in ciuitatibus, vel villis muratis sitæ, non debent conferri, nisi debite qualificatis, aut iis saltem qui triennium studuerint in theologia, vel in altero iurium seu magistris artium, hoc dicitur.

Statuimus a quoq; quòd parochiales b

*dictio quo
que quomo-
do accipia-
tur.*

Statimus) Hic §. non diuiditur, quia vnum continet dictum Quoq; accipitur pro etiam. *tex. in l. labeo, & ibi Bar. & las. ff. de pact. l. seruuum quoque. de procur. Bar. in l. si. col. 1. de eo quod certo. lo. las. in l. iusturandum, quod ex conuentione. §. si. col. 1. ff. de iure iur. vbi dicit naturam huius dictio- nis esse, quod eadem qualitas sit in casu isto, quæ in præcedente, sed hoc satis declarant verba sequentia. ibi modo præmisso, &c. Aliquando continuatiuè ponitur c. quorundam. & ibi Archi. col. 2. de elect. in 6. cap. ex eo §. vlt. ibidem, vult dicere hic tex. quòd*

non solum beneficia debent conferri, *vt supra dictum est, sed etiam parochiales ecclesie, vt hic. nam hæc dictio significat similitudinem. quòd idem sit in casu sequenti quòd in præcedenti. Gomef. in §. in personam. col. 2. nu. 6. in l. i. de actio. vide que scripsi in l. de restatio. §. familie. ff. de verbo. signi.*

b Parochiales ecclesie) Parochiales ecclesie dicuntur, quæ habent parochiam ad eius curam deputatam, & territorium limitatum. *Arch. in c. licet canon. col. 2. de ele. var. in 6. Nico. Milius in repertorio, in verbo, ecclesia. parochialis dicitur à parochia eis deputata. c. ecclesias. 13. q. 1. quæ dicitur paritio curæ, quia rector ecclesie habet curam totius populi, intra illos limites congregati, vnde dicitur regere populum. c. 1. de cap. anach. Et sic parochia est locus in quo degit populus alicui ecclesie deputatus. Ex quo inferitur, quòd si sit aliqua ecclesia ruralis, & ad eam de nouo veniant homines ad illic habitandum, non dicitur tamen parochialis ecclesia, si non habeat certum territorium deputatum, licet possit dici ecclesia curata. *Card. in cle. rna. q. 5. de off. 1. na. & cle. 1. de præb. & sic omnis ecclesia parochialis habet curam animarum, vt plurimum, sed non omne beneficium curatum dicitur ecclesia parochialis. lo. And. & alii in ca. super eo de præb. in 6.**

Etiam licet ecclesia sit baptismalis, tamè nõ ex hoc inferitur necessario, quòd sit curata, vel parochialis, quia ex consuetudine, vel concessione hoc habere potest. *iste Fede. cons. 135. Casus talis. Perusi. in c. ad de iur. per illum tex. in vlt. nor. de rest. §. 10. in 6. doctores. in c. ex transmissa. de præc. d. Gomef. in q. n. super comment. reg. cancellarie, de l. dioma. sed in Francia quo ad istum tex. sufficit, quòd habeat parrochianos, & curam in illos, & quòd ibi soliti sint baptisari.*

Et ad probandum ecclesiam esse parochialem, primò est necesse quòd habeat locum certis finib. constitutum in quo degat populus illi ecclesie deputatus, secundum Rom. cons. 356. circa primum. col. 1. vbi tradit in quo consistat ius parochie. & doct. in rub. de parrochi. Alex. cons. 74. vlt. in 4. vol. & etiam

etiā requiritur autoritas superioris cōstituentis eam parrochiam. c. nullus 16. q. 7. & c. si cui. de ex. est. precl. A Egid. de Balba mēra, in conf. 38. supposito. col. 2. cum seq. Barba conf. 17. preclarē. col. 5. in 1. vol. Quis dicatur parrochianus, ponit Fred. conf. 254. q. subsequens. quem sequitur Pan. in c. in nostra. col. pen. & in repet. cap. extirpandē §. qui vero. de preb. & ibi dixi. hoc anno interpretando illum §. & totum tit. vbi dixi esse illum, qui de facto habitat in aliqua parrochia animo manendi, ita quod si verē translatus, non iurisdictione, siue audierit, ibi, diuina, siue non. cap. 1. dist. 18. si quis translatus. cap. 22. q. 1. cap. 3. de sepul. in c. cap. vt dominicus. & cap. fin. de parrochia. Alia multa dixi quæ hic non repeto.

Nota tamen vnum fing. quod si pater meus, vel alius, impetret ecclesiam parrochiam pro me ignorante, & retinet bullas per annum, ideo quod nō sum promotus, illa ecclesia non vacat. per text. in c. commissā de electi. in 6. & ibi Domi. in §. anus. hoc expressē tradit ponderando ibi text. dum dicit, tibi non currit si promoueri iusto impedimento derentus, infra tēpus huiusmodi nequiuisti, quia licet pater potuerit mihi filio acquirere, non tamen acquisitum renunciare, arg. c. si ubi absenti. de preb. in 6. & not. per doct. contra Bart. ibi in l. qui Romē. §. Flauius. in fin. ff. de verb. oblig. vbi donans Titio, vt post mortem acquiratur Caio, non potest reuocare, vt nō acquiratur Caio, per l. quoties. C. de donat. que sub modo. sic consulti Dec. conf. 58. & ista est communis, teste Benedicō, secundum quā fuit prolatum arrestum Burdegalæ. in repet. cap. Rayn. utius. in verbo, si absque 2. in substitutione fideicom. num. 27. cum sequen. de testam.

ecclesiæ in ciuitatibus, a aut villis b muratis existentes, non c

In ciuitatibus. Ciuitas dicitur que habet episcopum, teste Bart. in extra. a. qui sunt rebelles, in verbo, Lombardie, quem si interfecerit, eo priuatur. cap. 11. nos. 25. q. 2.

Alex. in l. 2. ff. de verb. sig. & in add. ad Bart. & constituitur ciuitas auctoritate principis, expressē vel tacite hoc agentis, vt sit ciuitas, & habeat priuilegia ciuitatis, & etiam sine auctoritate superioris constitui potest, cum sit de iure gentium, patrum meus Rebuffus, & Placem l. 1. na. C. de metrop. Beryo. lib. 11. Fel. & alii in cap. Rodolphus. de rescrip. Gemianus & ceteri, in cap. si ciuitas. de sen. excom. in 6. Leges in ciuitatibus docendæ sunt in præm. ff. §. hæc autem tria. Sex requisita ad gubernationem ciuitatibus tradit Io. de Selua. in tract. de benefi. q. 5. 1. partis. num. 6. Quid veniat eius appellatione Albert. in tract. statutorum. in 2. parte. q. 176. & Iacob. de bello visu, in §. illud. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. col. 6. Et in ciuitate construenda de nouo requisita, ponit Lucas de Penna. in l. fin. colum. 3. C. de quib. munerib. lib. 10. Et an si verberetur eius, possit ciuitas bellum ob hoc indicere, tradit Lucas in l. 2. C. de apparit. procons. & leg. lib. 12. [Sed nullus nobilis, vel alius, etiam princeps indicit bellum in hoc regno, sed solus rex.] & quando obijgetur ciuitas per procuratores, vel per syndicos eius. not. Bart. & alii in l. ciuitas. ff. si cert. pet.

Villis muratis. Villa murata, secundum consuetum loquendi modum in Francia, dicitur locus muris circumdatus, in quo frequentissimus est populus ibi habitans. gl. in eo verbo. in prag. Deut. 1. sic dicantur vrbes magnæ, & ad cælum vsque muratæ. Et hic accipitur generaliter, quasi text. velit dicere, quod nedum parrochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus magnis con ferri debent graduatis, vel aliis qualificatis, verum etiam quæ existunt in aliis villis muratis, & sic in singulis villis muratis, vide quo dico in tracta. nomi. q. 16. vbi trado regulam cum amplia. & sim.

Villamurata que dicatur.

Et hæ ecclesiæ debent conferri qualificatis, etiam si nouis muris sint circumdatæ. Fel. in c. Rodolphus. col. 1. de rescrip. vbi dicit, quod ecclesia ruralis de nouo muris circumdata debetur impetranti beneficium in villa murata, vel in ciuitate. Bart. in l. 2. ff. de verb. signif. Et in dubio postquam

est muris circumdata, debet villa murata iudicari si concursus populi insit.

Denegati- c Non.) Diversitas magna est inter
ua que ro- verba huius text. & verba pragmat. nam in
tum negat. pragmatica erat oratio affirmatiua, hic ne-
gatiua, quæ totum negat, & plus negat,
quam affirmatiua affirmet. text. in l. si sic
stipulatus. & ibi las. not. ff. de verb. oblig. gloss.
in l. hoc genus. ff. de condi. & demonst. & Cepo-
la in tractat. de seruit. vrb. præd. cap. 35. gloss.
in cap. cum dilectus. in verbo, à suspensis. de
confue. Deci. in l. in eo. in princ. num. 9. ff.
de regul. iur. & fortior est prohibitio legis
prohibitivæ quam permissivæ. l. 3. §. si er-
ri. & ibi Bar. ff. de suspent. iur. Deci. in cap.
nam concupiscentiam 3. notab. de constitut. in
prima lectura. Et quamvis hic non re-
petatur clausula decreti, tamen collatio
in contrarium facta est nulla prosequen-
te qualificato, quia non est dubium, ea
quæ contra legem fiunt pro infectis ha-
beri. l. non dubium. C. de leg. & infra de fir-
ma. & irreuo. concord. stabil. ponitur clausula
decreti, vbi licet videre.

Ecclesia pa- Etiam si fuerint collatæ per viam resi-
rochialis de gnationis, vel subrogationis, quia hic
quahic, nō omnino prohibetur collatio aliis facienda,
potest per- quam qualificatis, vbi infra patet, & idem si
mutari cū per viam permutationis, cum alii sint o-
non gra- mnino incapaces extantibus qualificatis
duato. vbi hic patet, quia hæc constitutio est intro-
ducta partim in fauorem graduatorum,
partim in fauorem populi, qui est magis
capax: in ciuitatibus & villis muratis,
quam in municipiis. cap. statutum. in princ.
de rescriptio. in 6. gloss. in §. in ecclesiis. eo. tit.
in pragma.

Imò Papa Clemens VII. declarauit
collationes & prouisiones quasunque,
etiam commendas de his parrochialibus
non qualificatis factas, etiam per Papam
non facta derogatione concordatorum
nullas & inanes, siue per viam resignatio-
nis simplicis, siue per viam permutationis, vel aliàs
quouis modo. Et hoc anno ii. sui Pontifi-
catus. 8. Idus August. quam declaratione
approbauit Paulus III. Pontif. max. &
secundum istam declarationem iudicari

voluit, anno incarnationis Dominice
1534. 3. Nonas Nouemb. pontificatus sui
anno primo, quod est bene notandum [Et
declaratio summi Pontificis ex singularis
personæ postulatione facta ad legem, vel
constitutionem aliquam, ius generale in-
ter omnes constituit. l. fin. C. de leg. Lud.
Rom. conf. 269. in prepositio. in princ. Et tel. in
rub. de rescr. in princ.]

Non valet tamen dispensatio concessa
alicui non graduato, vt ecclesiam parro-
chialelem talem tenere possit, & ille nihil
impetrasse videtur, vt in simili dicitur textus
in l. i. ff. de nara. restituit. [Per text. in §. u. de
firma. & irreuo. concordato. stabil. in tra. vbi
decernit irritum & inane, quicquid fue-
rit factum contra hæc concordata, etiam
si à Papa: & sic non valet dispositio
illius contra hæc concordata, que quod
dicat Probus, in §. in ecclesiis, in verbo. inueni-
antur. de colla. in magna. vbi dicit, quod
Papa non contrahit, aut permittit aliquid
per quod eius potestas, in toto nec in parte
minuatur. Ista opinio est contra iura:
nam Papa per vim contractus, minuit sibi
potestatem, aliàs contractui potest derogare,
si hoc sequamur, quod est absurdum.
cap. i. de prob. l. 1. & 2. quando licet ab
emptione discede. Ideo minuatur potestas
Pape, & Principis in eo, quod non potest
solus contractum tollere, nec illi contra-
uenire, alioqui nullus vellet secum con-
trahere, & aliis rationibus quas scripsi in
prefat. ad hanc rubric. supra quibus, non re-
sponderet, & plus est hoc concordatum, quia
constitutio in concilio edita, vt patet in l. archiep.
rub. de firma. infra.] & quod legatus etiam
non possit conferre has parrochiales ec-
clesias alteri, quam qualificato, fuit con-
clusum in Senatu, & in mente curie re-
tentum, decidendo proceßum inter Guil-
lelmum Eschison & Leonardum Narni,
anno 1536.

nisi a personis b modo præmil-
sio c qualificatis,

a Nisi.) Hæc dicitio quia præcedit. Nihil est
ratio negatiua ponit illud quod negatum. Quomodo
est in præcedenti, vt est textus. Et ibi Bar. & alii interpretantur
in l. actus

in l. a. lione. C. de transact. quasi velit hic tex. dicere beneficia ciuitatum & villarum muratarum non conferantur nisi personis qualificatis, & sic qualificatis debent conferri. Et intellige quod non semper ponit, sed interuenientibus aliis necessariis requisitis per alias leges vt in regula, peccatum. de regul. iur. in 6. Bart. in l. diuus. ff. de pet. hered. licet cogitandum reliquerit Iason. in d. l. a. lione. vide quod in simili nor. Cuna. consil. 26. cum statucion circa fin.

Nota quod dictio, nisi, negat potentiam, quando oratio negatiue respicit futurum tempus. l. Titia §. ff. de manu testa. quando verò oratio negatiua respicit præsens tempus, tunc dicitur negare actum, qui actus dicuntur de presenti, quando in esse deducuntur, potentia verè respicit futura. Bart. & alii in d. l. a. lione. vbi licet videre fufius. vide Moder. Crocum. in cap. i. nota. 6. de const. in 6. Bal. & ibi Barb. in add. ad eum. in cap. vno. col. 3. per quos fiat inuest. §. sed & res. Doct. in cap. præterea. 2. de app. lacob. de bello visu, in rep. §. contrahentes in verbo, nisi inueniantur. ibid. de fo. comp. in 6.

Personæ appellatio ne quod veniat.

Personæ appellatio veniunt tam vir quam mulier. Bald. in l. qui cuius que. col. 3. ver. idem si statutum. C. de seru. ius agit. Soc. consil. 57. Casus. col. pen. in 1. vol. non ex conceptione generum, sed ex propria natura dictionis persona Decis. in reg. femine. in fin. princ. ff. de reg. iur. hic tamen non comprehenditur mulier, quia non potest habere qualitates hic requisitas: ideo tantum masculos comprehendit, nec omnes, sed idoneos & qualificados, quia persona dicitur rationalis creatura. Idem nondum natus non est habilis. Car. in cap. 2. §. cum. verò. de concess. præben. vbi dicit facere contra Brixien. episcopum, qui contulit ecclesiam vacantem filio cuiusdam nondum nato, siue foret masculus, siue femina.

Imò etiam non comprehenditur hic vniuersitas, collegium, ciuitas, municipiū, vel aliud corpus communitatis, quia proprie appellatio personæ non veniunt. c. Romana. in fin. de sen. exc. in 6. Barb. in cle. cau. san. col. 20. de elect. vbi plene scribitur. & in clem.

1. & ibi Bonif. col. 1. de iud. & dixi supra eod. verb. in rubr. de regia ad præl. nominatio. fac. lege. in §. 1. Et athen. item quacunque. C. de episc. & cler. & ibi Bald. Alex. consil. 216. nec arguendi. col. 3. in 2. vol. Ro. consil. 436. quod indultum. col. 1. licet, quando materia subiecta patitur, appellatione personæ veniant. §. si verò contrigerit. in athen. de alien. & emphyt. col. 9. & l. metum. §. animaduendum. ff. quod met. caus. l. in facto. §. fiscus. ff. de condi. & demonst. facit. l. 1. §. personis. de iur. iur. immut. etiam furiosi persona dicitur iurisconsult. in l. cum quasi §. in furiosi persona. ff. de fideicom. lib. Barb. consil. 47. cle. col. 5. & seq. in 4. vol. l. fin. C. de erog. milit. ann. lib. 12. Iason. consil. n. 2. vol. 1. & maxime quando dicitur quæuis persona. Alexan. consil. 40. in causa. col. vlt. in 7. vol. In iure tamen persona ecclesie rector ecclesie, dicitur rector ecclesie, & communiis ponitur cum adiuncto videlicet persona ecclesie, non persona simpliciter, licet gl. in prag. in hoc verbo, contrarium dixerit per cap. ex parte. supra. de rescrip. cap. bona. & cap. personas. de ap. cap. fin. ne præl. vires suas. facit. c. quæstum, ibi, clericis quos personas vocant. i. q. 3.

Persona ecclesie rector ecclesie sic dicitur

C. Modo præmisso qualificatis. Re- Volens habere rebeneficia in villa murata, quod studuerit per tempus rata quas qualitates competens, & præstitutum in §. præterea. habere de- supra eo. vel saltem per triennium in theologia, vel altero iurium deficientibus supra dictis, propter dictionem saltem, &c. & de hac dictione modo præmisso qualificatis, est text. in §. præfati que ordinari. supra eo.

Secundò requiritur gradus. §. præfati. Gradus supra eo. alioqui non esset præmisso modo post collatio qualificatus, & non graduatis beneficia non non adstringuntur in hoc titulo conferenda, sufficiunt. nisi saltem, & c. nec sufficeret habere gradū post collationem, cum hic tempore collationis requiratur, & postea non prodesset, vt dixi cuidam senatori, qui fuit erat licentiatu post regiam concessione in qua vocabatur licentiatu, & tamen non erat.

Tertiò

Gradus an requiratur in beneficiis ville murate habitantis.
Tertio, requiritur gradus in vniuersitate priuilegiata: & sic requiritur, quod gradum sumperit in vniuersitate regni, vt hic dicitur. In vniuersitate priuilegiata *plene dixi in tract. nomina. q. 10.* & tunc erit premissio modo qualificatus.

Insinuatio an requiratur in villa murata.
Quarto, requiritur insinuatio. §. *teneantur. supra eo.* vbi qualitas ponitur, quae hic censetur repetita. Intellige quod extantibus graduatis non graduati repelluntur, & si sint qui insinuauerint non insinuantibus praefertur, vt *plene dico in tract. nomina. q. 16.* quod est vetum, si vacent haec beneficia in mensibus praestitutis qualificatis, secus, si in mensibus ordinatorum, quia in illis sufficit idoneis graduatis conferre, etiam si non insinuauerint, ergo collatio illis facta valebit, quia haec qualitas gradus est introducta, tam in fauorem parrochianorum villae muratae quam graduatorum, quibus satisficit prouidendo graduatis tempore statuto ordinariis, dicunt tamen vt in *quest. 16. tract. nomina.* non putant tamen sufficere, si conferretur baccalaureo facto ante tempus, vt si per triennium studuerit, quia non est modo premissio qualificatus, nec satisficit text. in §. *praeterea. supra eo.* extantibus aliis, secus illis deficientibus.

Quinto, quod tempore quadragesimae insinuauerit, & literas dederit duplicatas, vt dicitur in d. §. *teneantur*, & sic erunt premissio modo qualificati.

Habentur ducentos florenos non debetur villa murata.
Sexto, requiritur, quod non habeat beneficia vsque ad ducentos florenos auri de camera, alioqui non esset modo premissio qualificatus, nec capax villae muratae. §. *volumus. supra eo.* ibi in vim gradus seu nominationis habet locum cum non sit pauper, qui obtinet beneficia vsque ad illam summam, & hoc aliis extantibus.

